CENTRALE V. E. II

12
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
32 B
22

AVEROYS
COMPENDIVM NECESSARIVM,

ex Lib. Ariſtotelis de Generatione & Corruptione, de Anima, de Senſu et Senſato, de Memoria et Reminiſcentia, deq́; Somno & Vigilia, conuerſum ex Arabico in Latinum ſermonem, ab accuratiſs. Interprete Abraham de Balmes, uerūm, a Blondo Medico ſolerti rerum exploratore, nuperrime e tenebris productum in Lucem.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Illuſtriſs. Senatus, Venetiarū, cū gratia & priuilegio
Sub Inſigne Apollinis.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32
22

MAGNIFICO VIRO D. DOMINICO *Mauroceno Aequiti Aureato, Celeberrimi Studij Patauini Doctiſſimo Reformatori, ac Veneto Senatori Clariſsimo,*

Michael Angelus Blondus fœlicitatem.

QVANTVM, *uir præſtantiſsimus Nicolaus Bono, patritius Venetus, olim extulerit Dominicum Mauroceno, apud omnes eruditos, iam & tãto uiro notiſsimum eſſe poteſt, quantũ etiam mores eiuſdem & probitatem uulgo laudauerit, fateor & mihi rem eſſe iucundiſsimam, nuper enim uirtus tua cum moribus adeo affecit aures meas, ut iucundioribus affici non poſsent. Cumq; obuiã ueniſſem tali uiro, non potui eius gratia & ſingulari beneuolentia, qua omnes proſequeris tuam inſeruitutem non deuinci, propterea quanti ſit apud Blondum gratia huiuſmodi uiri, hoc compendio, in memoriam meæ ſeruitutis Mauroceno Clariſs. Senatori Veneto deſtinato, cognoſcere poteris, eſt autem hoc breuiſſimum opus Aueroys, de Generatione & Corruptione, deq; Anima & dotibus eius, ex Arabico uerſum in Latinum idioma, nunc primo a me editum in lucem, quod dum tali uiro gratum fuiſſe nouero, non deſinam nomen eius acuratius mandare poſteris. Vale.*

Ex Tegurio Blondi ſexto nonas Octobris.

AVEROYS, COMPENDIVM
neceſſarium ex Libris Ariſtotelis, de Generatione & Corruptione, ex Arabico, interprete Abraham de Balmes, uerum editum a Blondo Medico ſolerti illuſtratore.

PROHEMIVM.

INtentio iſtius libri eſt ſermo de tribus tranſmutationibus, quæ ſunt generatio & corruptio & augumentum & diminutio, & alteratio & largitio illius quo perficiantur ſingule iſtarum tranſmutationum & quo modo perficiãtur: & hoc eſt, quia de tranſmutatione ſecundum locum, qui dicitur translatio iam loquutum eſt in hijs quæ præmiſſa ſunt, itaq; relinquitur nobis ſermo de ijs tribus: ipſe autem hic notas facit & de diſpoſitionibus iſtarũ tranſmutationum diſpoſitiones uniuerſales omnibus tranſmutabilibus ſecundum illas, ſecundum id, quod tribuerit illius ordo rectus doctrinæ, generationem autẽ ſimplicem notificabit hic perfecte, de diſpoſitionibus uero generationis compoſitorũ notificabit hic genus, & largietur ipſius principia & elementa, largitio autem eius quo perficiuntur omnia generata ſimilarium partium eſt quarti Metheororum, & eius quod largitur hic de motu augumẽti perfectio eſt in libro de Anima, & in libro de animalibus, philoſophus etiam ipſe

nititur hic largiri in eis quorum hic largitur cauſas ſuas, q̃ tribuat ad hoc cauſas ultimas ſicut fecerat in eo quod præmiſſum eſt; Gradus autẽ iſtius libri eſt poſt librum Cœli & Mundi: & iſtud eſt quia ex quo declaratum eſt, ibi q̃ corpora ſimplicia quæ ſunt ſub orbe lunæ ſint quatuor ſolum, & q̃ tranſmitentur ad ſe inuicem & generentur ex alterutris: Proceſsit hic ut per ſcrutaretur uiam generationis eorum ex alterutris, iſta autem corpora ſunt elementa compoſitorum aut unum illorum aut plura q̃ unum, & ſi eſſet unum aut plus, aut quædam eorum ſint elementa quorũdam uel ipſa ſint in uno gradu ſimplicitatis, & ideo uocauit illum librũ de Generatione & Corruptione, propterea quia quantumcunq; loquatur hic de diſpoſitione augmenti & diminutionis & de alteratione, ſermo itaq; ſuus de eis eſt ſecundum intentionem ſecũdam & conuenientiam quæ eſt inter eas, & dare diferentiam inter duos iſtos motus & inter motum generationis & Corruptionis: Et incipiemus collectionem ſermonum ſcientificorum ex iſto libro, ſecundum noſtram conſuetudinem.

AVEROYS EXORDIVM.

ET dicamus: quod iſti tres motus ſint, eſt itaq; manifeſtum per ſe & ſic eos eſſe diferẽtes & uarios, & iſtud eſt, quia id quod conuenit ut in medium ducamus de generatione quo diſcernatur à reliquis motibus, eſt q̃ generatio ſit in ſubſtantia et eſt

ex non ente ad ens, & intendo per non ens id quod nõ eſt ens in actu: Illud autem eſt ens in potentia ſecundũ id quod declaratum eſt in primo de Phiſico auditu, & q̃ non permaneat ipſum ſubiectum tranſmutationis ad iſtam tranſmutationem adeo q̃ ſit unum demonſtratũ in duabus eius extremitatibus, ſicut eſt diſpoſitio alterationis & augnmenti. Antiqui autem fuerunt in iſto negotio duarum uiarum, Quidam eorum fuit qui non diſtinguebat inter generationem ſecundum ſubſtantiã & alterationem ſecundum qualitatem, & illi ſunt qui ponebant elementum unum, generatio itaq; ex illo eſſet per condenſationem & rarificationem. Aliquis autem eorum fuit qui diſtinguebat inter generationem & alterationem ex quo poneret generationem p coniunctionem & ſeparationem, ſicut ſunt ponentes partes indiuiſibiles, niſi q̃ ipſi dicebant, q̃ alteratio ſit res euidens ſenſui, & non ſit res latens, quia elementa nõ recipiunt paßionem, quia ſi reciperent paßionem eſſent compoſita, Ariſtoteles autem opinatur q̃ trãſmutatio ſit duarum ſpecierum, tranſmutatio ſecundũ ſubſtantiam quæ dicitur generatio & corruptio, & tranſmutatio ſecundum qualitatẽ quæ eſt qualificatio, iſtius autem cauſa eſt natura materiæ primæ, & natura uarietatis formarum accidentium, quia ſubiectum tranſmutationis eſt materia prima, & propter eſſe ipſam denudatam a formis oportuit generationem eſſe continuam, quia omnis generatio eſt geniti ad corruptum diferentia uero inter alterationem & augumẽtum eſt itaq; manifeſta, & iſtud eſt quia una earum eſt ſecundum qualitatem, & alterum ſecundum quantitatem.

Ac etiam augumentabile mouetur ſecundum locum ſecundum eius partes & occupat locum maiorē, eo, qui fuerat ei. Alteratio *autem non eſt ita, & per iſtud ēt diſtinguitur augumētum à generatione & corruptione.* Ac *etiam ſubiectum permanens in motu augumēti eſt forma ſicut declarabimus poſtea, ſubiectum autem motus alterationis eſt res demonſtrata ex quo ipſa eſt habens materiam & formam, ſubiectum uero generationis & corruptionis eſt materia prima, quæ, ut ſic nō eſt res aliqua in actu. Poſtquam autem declarata eſt differentia inter eſſe iſtorum motuū, conuenit itaq; ꝙ procedamus ad ſermonem de motu augumenti & largiamur id quo augeatur augumētabile & quo modo augeatur & iſtud ſecundum ordinem* Ariſtotelis. Et di=*camus quod conueniat ꝙ obſeruemus apud perſcrutationem de iſto motu res inuentas augumentabili, quarum una eſt quia augumentabile augetur ſecūdum omnes eius partes, & ꝙ quilibet eius punctus ſenſatus reuertatur maior, diminutio uero illius ē e cōtrario, hoc eſt ſecundum omnes eius partes etiam, & tertia ꝙ ſit in eo res permanens ſuper eius diſpoſitione, quarta autem quia quod apponitur ab extra nō auget niſi quando tranſmutatur & uariatur in ſubſtantiam augumentabilis, quia panis non auget niſi tranſmutetur in ſanguinem: & ſanguis, donec in carnem tranſmutetur caro, & in ſanguinē ſanguis & in os os.* Et *quando iſtud ita fuerit augumentabile itaq; augebitur ſecundū omnes partes augmentabilis, quia eſſet impoßibile ꝙ corpus penetraret corpus ſecundum ſe totum, ſicq; non relinquitur modus quo ſit iſte motus niſi per admixtionē*

& complexionem primo & tranſmutationem eius quod uenit ab extra quando permixtum fuerit in ſubſtantiam illius rei quæ permiſcetur ei quo eſt augumentabile, ſicut eſt gratia exempli diſpoſitio aque in Anfora, quia quando uenerit in ipſam guta uini ſenſatæ menſuræ creſcit aqua ſecundum omnes eius partes ſeruans figuram anfore, & trāſmutatur illa in ſubſtantiam aquæ, creſcit autem aqua ſecundum omnes eius partes non quia pars uini adueniens penetret in omnes partes, aquæ ſed quādo aduenerit aquæ, impulſa eſt per illam ſecundum omnes partes aquæ æqualiter & creſcit aqua ſecundum omnes eius partes, ex quo ſeruant figurā quæ fuerat continentis ipſam, ſicq; ergo aqua creſcit ſecundum omnes eius partes ex quadam parte, & nō creſcit ex aliqua alia parte. Ex quo quidem eſt habens quantitatem, creſcit ſecundum partem unam ſolum quæ eſt adueniens ab extra, & ideo eſt quod uidetur ꝙ augumentum ſit ſecundum formā non ſecundum materiam, immo eſt ſecundum formam ex parte qua eſt habens quantitatem, & uocamus talem mixtionē trāſitum, ſicut dicetur in definitione mixti. Quod uero non ſit mixtio propter partes minimas in ſe inuicem uidebitur poſtea, quia iſtud nō eſt in mixtione, & ideo propter illud quod diximus ꝙ augumētum ſit per admixtionem primo neceſſariū eſt id quod poſuerit natura in membris hominis humiditatem radicalem permanentem in eo in quam fundantur membra ſicut funditur lichinium in oleum, quia mixtio eſt corporum humidorum propinantium ad miſcendum ſe ſicut dictum eſt in definitione mixti, iſta autem humi

ditas

ditas quæ eſt in membris animaliũ eſt ultimũ in quod miſcentur alimenta quæ ueniunt ab extra & conuertuntur in eorum ſubſtantiam, deinde agit in illa calor naturalis ſicut declarabimus, & conuertitur caro in carnem, & os in os, & ſic putatur ꝙ ſit diſpoſitio uegetabilium & omnis augumentabilis, & non eſt ariditas animalium præter conſumptionem iſtius humiditatis, & propter hanc cauſam augumentum reperitur primo in membris ſimplicibus ſimilarium partiũ quæ ſunt, quarum pars & ipſum totum ex eis eſt unum ſicut eſt os & caro, & reliqua membra ſimplicia, ſunt itaq; compoſita ex illis & ſic omnia membra organica. Diferentia autem inter iſtum motum & inter motum generationis eſt, q̃a quod denuo fit in motu generationis eſt res demonſtrata cui non eſſet eſſe ante, niſi in potentia, in motu autem augumenti fit denuo quantitas quædam in demonſtrato cuius forma non permutatur uerbi gratia, ꝙ intenderes igni ſenſato & augeres ipſum quãdo poneres in ipſum ligna, talis itaq; non uocaretur generatio totalis ignis, ſed crementum ſecundum eius partes. Et ex omnibus hijs uerbis quæ dixi apparet ꝙ res permanens in augumẽto ſit forma & ꝙ ſecundum ipſam augeatur res non ſecũdum eius materiam quia impoßibile eſt ꝙ materia augeatur ſecundũ omnes eius partes ex quo eſt materia, quia nõ eſt poßibile ꝙ penetret corpus in corpus ſecundum ſe totum, ſed augetur res ſecũdum omnes eius partes ex quo eſt habens formam, materia autem eſt permutata, quæ augetur cum augmento & minuitur cum ariditate, forma autem eſt permanens ſecundum eius di-

ſpoſitionem ſicut eſt diſpoſitio umbræ certe arboris cadentis in fluuium, quia ſicut illa eſt permanens in ſe permutantur autem partes fluuij ſuper quo ſtetit umbra ſic eſt diſpoſitio formæ augumentabilis cum eo quod uenit ad ipſum ex materia, ſed iſtud non eſt poſſibile de omnibus partibus materiæ niſi eſſet poſſibile formæ materiali, q̃ ſeparetur, ſed de aliquibus eius partibus. Alexander *autem teſtatur q̃ in animali ſint partes permanentes in eo ab eius eſſe uſq; ad eius corruptionem, ſicut ſunt cicatrices uulnerum quæ remanent ei per longitudinem eius uitæ.* Diferentia *autem inter augumentum & nutritionem eſt, quia quando id quod uenit ab extra ſecundum menſuram eius quod reſolutum eſt quando fuerit pluſquam illud uocatur augumentum, & quando fuerit minus uocatur ariditas & maraſmon apparet autem ex eo quod dictum eſt de iſto motu q̃ rem quæ auget oporteat neceſſario q̃ ſit contraria ex quadam parte & ex parte alia ſimilis, ipſam quidem eſſe contrariam eſt ex parte qua tranſmutatur, ipſam uerum eſſe ſimilem eſt ex parte eius receptionis formam augumẽtabilis & eius tranſmutationis ad illud.* Apparet *autem iſtud perfectius de prædicamẽto actionis & paſſionis, quod uero ſit iſte motus, & quæ ſit cauſa eius efficiens apparebit itaq; in libro de* Animalibus, *iſtud autem eſt per calorem naturalem, & apparebit in libro* Vegetabilium, *quia iſtud etiam erit in illis per rem ſimilem calori naturali & per calorem ſtellarum & præcipue ſolis, immo apparet in eis ſimul, hoc eſt in animali & planta q̃ ultimum mouẽs iſto motu ſit anima nutritiua & q̃ ca*

lor ſit illi inſtrumētum, propterea autem quia ipſe inuenit q̧ diceretur qualiter generentur cōpoſita ex ſimplicibus, iſtud autem non perficitur niſi per contactū & actionem & paßionem & mixtionem, quia nō eſt unum ex pluribus uno ente niſi per mixtionem, ſicut apparet de diſpoſitione oximellis qui componitur ex aceto & melle, mixtio autē non fit ſine actione & paſſione, actio autem & paßio non eſt niſi per cōtactum, ſicq; primo oportuna eſt perſcrutatio de iſtis rebus; et aſſignare quid ſignificent ſua nomina qui ſunt ſermones noti. Et *incipiemus a ſermone de tactu.* Et *dicamus q̧ tangentia ſicut dictum eſt ſunt duo quorum amborum ultima ſunt ſimul, iſtud autē neceſſario eſt in rebus habentibus poſitionem, niſi q̧ quando in iſta ſpetie contactus non fuerit alterum duorum agens in alterutrum ſed fuerit eorum contactus mathematicus ſicut diceretur q̧ linea tangeret ambiens circulum iſte contactus non eſt intentus hic, contactus uero intentus hic eſt q̧ utrumq; duorum tangentium, quæ determinauimus agat in alterutrum & patiatur ab eo ſicut accidit corporibus naturalibus quorum materiæ proximæ ſunt communes & unæ quando appropinquant et contangunt ſe ſecundum ſua ultima, & non uidentur tangentia ſe quando unum eorum eſt agens ſolum, & alterum patiens ſicut eſt diſpoſitio orbis lunæ & ignis niſi per poſterius ab iſto uero contactu, quia contactus eſt paßio, paßio autem eſt ad aliquid, iſtud autem diiudicat q̧ utrumq; eorum moueat alterutrum et moueatur ab eo.* Et *ſic uerificatur quod diceretur de ambobus illis q̧ ſint tangentia ſe hoc eſt q̧ utrumq; eorū*

tangat alterutrum, Illo uero modo alterum eorum eſt tangens & alterum tactum, ſed diceretur contactus p accomodationem remotius quod eſt de non habente poſitionem, ſicut dicitur q malum cõtangat. Iſta itaq; eſt ſumma intentionum de quibus dicitur contactus. Manifeſtum autem eſt q ſermo exponens intentionem intentam hic ambobus illis eſt ipſa difinitio ſicut eſt per ſe notum. Cum autem dixerimus de contactu quid ſit & de tangibilibus. Transferamus nos ad actionẽ & paſſionem. Et dicamus q agens & patiens oportet q ſint ex aliqua parte coalterantia ſe & contraria & ex aliqua parte ſimilia, eſſe quidem ea contraria eſt ex parte qua utrumq; eorum agit in alterutrum, quia ſimile non agit in ſuum ſimile niſi res alteraret ſeipſam agit autem in contrarium per contrarium ſuum. Modus uero ex quo ſequitur q ſint ſimilia eſt ex parte receptionis utriuſq; eorum actionem ab alterutro, quia contrarium non recipit contrariũ, & ideo non conuertitur frigus & calor neq; calor et frigus, ſed ſubiectũ eorum eſt quod reuertitur calidum poſtquam fuerit frigidum & frigidum poſtquam fuit calidum. Et quando iſtud ita fuerit actio itaq; & paſſio reperietur in cõtrarijs. Quia contrarijs coniunguntur due res quæ accipiuntur in eis ſecundum conditionẽ hoc eſt q ſint coalterantia ex aliqua parte & ſimilia ex aliqua parte, ſimilia quidem ex parte qua ſubiectum propinquum eis eſt unum & hinc eſt q duobus cõtrarijs ex una parte ſit genus unum, & propter hanc cauſam nõ patitur linea a calore, neq; quæcunq; res contigerit, per quamcunq; rem contigerit neq; ex quacunq; re contigerit

neq; in quamcunq; rem contigerit, ſed reperitur paſſio ex contrario terminato in cõtrarium terminatum ac ſi diceres, ex albedine in nigredinem & ex calore in frigus aut in medium inter ea, nec etiam inuenitur actio & paßio in rebus quarum materiæ ſunt diuerſe quia non eſt utriuſq; duorum ipſorum in alterutrum actio & paſſio, quia corpora patiuntur per artem medicinæ & nõ patitur ars medicinæ ab eis, quia materia ægritudinis eſt humidum & materia artis medicinæ eſt anima, & ideo agit orbis lunæ in ignem & non patitur ab igne, & hinc eſt quod dicitur q; ſi eſſet hic forma agens ſine materia ipſa eſſet impaßibilis omnino, & ſi eſſet forma impaßibilis ſicut dicitur de intellectu ipſa eſſet ſine materia neceſſario. Iſte autem due res coniunguntur. Efficiens autẽ eſt magis appropriatum q̃ mouens, quia efficiẽs eſt quod efficit qualitatem paßibilem ſolum. Mouens autem eſt quod facit acquirere aliquam ſpeciem motionis ſiue fuerit ſecundum locum ſiue ſecundum aliud, & hinc apparet, q; non in omnibus ſpeciebus qualitatis ſit paßio ſed in tertia ſpetie ſicut declaratum eſt in ſeptimo de Phiſico Auditu, ſed quædam harum paßionum ſunt quarum mouẽs eſt ſue ſpeciei ſicut calor & frigus & humiditas & ſiccitas, & quædam earum ſunt quæ conſequuntur actionem iſtarum uirtutum, & ſequuntur ad illas quarum efficiens nõ eſt ſui generis, ſicut apparet de caloribus & ſaporibus & duritie & mollitie &c. Sed iſtud non extrahitur ex eo q; ſint paßiones, uerũtamen quo modo efficeret efficiens & reciperet patiens, non diceretur itaq; ad hoc niſi q; in re quando fuerit in potentia

ſit diſpoſitio quædam & ſuperuenit ei mouẽs ab e xtra conuerſum eſt ad quod fuerit naturæ eius a potentia in actum, retentio uero in foraminibus quam putauerat quidam antiquorum præteritorum ꝙ ipſa eſſet cauſa paſſibilitatis, non eſt itaq; dignior ꝙ ſit cauſa per accidẽs q̃ ꝙ ſit cauſa per ſe: ſed aliquo modo eſt leuior, & ideo inueniuntur quædam partes rei magis recepti ue paßibilitatis q̃ aliquæ aliæ ſecundum aliquem modum ſecundum quem inueniuntur in mineris uenæ quædam ducentes argentum, quæ recipiunt tranſmutationem abſq; reliquo quod eſt in eo, cuius cauſa autem eſt præparatio quarundam partium rei ad recipiendum actionem magis q̃ aliquæ. Illius uero opinio qui putauerat ꝙ cauſa paſſibilitatis ſit penetratio partium indiuiſibilium in duo paſſibilia, quæ agunt in alterutra eſt conſtructa ſuper ſermone entitatis corporum indiuiſibilium, iam autem declarata eſt deſtructio iſtius in ſexto de Phiſico Auditu. Poſtquam autem loquuti ſumus de tactu & actione & paſſione. Iam transferamus nos in mixtionem & complexionem & dicamus. Quod mixtio non ſit ꝙ unumquodq; miſcibilium ſit permanens in actu quia tale diceretur uicinitas & contactus, neq; etiam ꝙ alterum eorum iam corruptũ ſit quia guta aquæ quando ceciderit in profundũ uini non diceretur ꝙ temperetur cum illo uino neq; ꝙ per mixta ſit, quia illa nõ corrumpitur ſecundum ſuam totalitatem & mutatur in naturam uini & ideo non inuenimus ꝙ uocetur aduentus nutrimenti in augumentabili permixtione, erit ẽt mixtio & complexio quando corrũpetur utrumq; ipſorum adeo ꝙ non habeant

eſſe niſi in potentia ſimplici,ſicq; ſimilis huic eſt gene ratio & corruptio. Quando autem mixtio non fuerit aliquid iſtorum,eſt ergo itaq; mixtio q; perueniat, ab unoquoq; miſcibilium quando permiſcentur, aliqua in actu accepta & diuerſa ſecundum formam ab unoquoq; miſcibilium quæ eſſet in illo ens in potentia propinqua actui non in potentia remota ſicut teſtatur ei ex diſpoſitione rerum miſcibilium naturalium, & artifitialium,ſignum autem q; eſſe in rebus miſcibilibus ipſum genitũ ex eis in potẽtia propinqua eſt quia quædam eorum poſſibile eſt q; ſeparentur poſt cõpletionem & mixtionem,& hoc aut per naturam aut p artem,ſicut eſt diſpoſitio coaguli quod ſeparat aquã lactis a caſeo,non eſt autem mixtio q; diſſoluatur unũquodq; miſcibilium in eas partes indiuiſibiles quæ ſunt ea deinde approximent ſe ſecundum uicinitatem illarum partium aut remoueãtur quæcunq; cõtigerint, ut dicerent iſtud aſſerentes partem indiuiſibilẽ quia ud eſſet poſſibile ſi perueniret diuiſio corporis adeo diſſolueretur in corpora indiuiſibilia,ſi autem diſſol ntur miſcibilia,in partes diuiſibiles in ſe, deinde ad ſceantur,ſed propter illarum paruitatem latet ſen n ſuperequitatio ſuorum ultimorum in ſe inuicem ut putauerant plures antiqui talis eſt aggregatio ſe dum ueritatem & non uocatur mixtio ex quo res in ea in ſe,ſed talis eſſet mixtio apud aliquem homi n & non eſſet apud alium, quando fuerit acutioris us q̃ ille,adeo q; non eſſet hic aliqua res mixta apud ninem acceptum,gratia exempli perfecte acuitatis s ac etiam ſi res ita eſſet non fieret denuo propter

mixtionem aliqua res diuerſa ſecundum ſuam formã & quiditatem a rebus quibus eſt mixtio. Sicq; eſſet in ſanguine, gratia exẽpli aqua & terra & aer & ignis in actu, ſed eßet aggregatum ex eis, ex quo ſunt in eo in actu, ſiue ſentirentur ab illo partes illæ ſiue non ſentirentur, iſtud autem totum eſt manifeſte ruinæ per ſe, & cum declaratum fuerit iſtud de diſpoſitione mixtionis, ſequitur itaq; ergo ꝙ utrumq; duorum miſcibiliũ agat in alterutrum & patiatur, ea autem quæ ſunt talis diſpoſitionis ſunt contraria quorum materia propinqua eſt una ſicut præmiſſum eſt ſecundum actionẽ & paſſionem quia permixtio rei in ſpecie ſua non uocatur complexio neq; mixtio quia nõ fieret denuo poſt illam alia res neq; diceretur etiam, ꝙ res quarum materia propinqua non eſt una ſint miſcibiles. Non eſt autem poßibilis mixtio in eis & ideo nos non dicamus ꝙ artifex miſceatur facto per artem quando tangit illud. Res autem miſcibiles oportet cum hoc quod ſunt contrariæ & cætera quæ condictionauimus ꝙ ſint facilis diuiſionis in partes minimas, & tunc eſſet poſſibile ꝙ aggregarentur ultima earum & congregarentur, & ideo ſequitur neceſſario ꝙ res miſcibiles ſint humidæ, & ſi una earum eſſet arida non permiſcerentur quouſq; humectaretur, & ſi ambe ſimul eſſent aride impoſſibile eſſet neceſſario, niſi eſſet inter eas humiditas communis ſicut eſt diſpoſitio oßium quando franguntur & quãdo iſtud ita fuerit, mixtio itaq; ergo eſt unio diuerſorum per tranſmutationem, in rebus autem in quibus eſt poßibilis mixtio eſt exceſſus unus ſupra aliã in hoc ſecundum propinquitatem materiæ communis eis &

remotionẽ

remotionem earum adeo ꝙ in quibuſdam non addatur quãtitas mixti per mixtionem. Sed acquiritur ex hoc qualitas ſolum, ſicut eſt diſpoſitio mixtionis plũbi cum ere: Sermo autem declarationis complexionis perfecte & quo modo fit, & in qua re ſit, habetur in quarto metheororum & ſic explicit loquutio primi libri.

LIBER SECVNDVS.

IN ſecundo libro incipit perſcrutatio de rebus quæ uocantur elementa corporũ: quæ ſint? & quotus ſit numerus eorũ? Et dicamus ꝙ corpora generabilia & corruptibilia ſint duarum ſpecierum ſimplicia & compoſita, & utraque duarum iſtarum ſpecierum eſt compoſita ex materia & forma ſicut præmiſſum eſt: Corporum quidem ſimplicium materia propinqua eſt materia, prima ſicut declaratũ eſt: & eorum formæ ſunt contraria, prima quæ inueniũtur in eis hoc eſt gratuitas & leuitas, & calor & frigus & humiditas & ſiccitas: Perſcrutatio uero de diſpotione corporum compoſitorum hic eſt de materijs propinquis & elementis, & an ſint omnia iſta corpora ſimplicia aut pluſquam unum ex eis, uia autem ad hoc primo erit quando ſtabimus ſupra ſpecies contrariorum primorum propter quæ ſequitur eſſe contrariorum communium omnibus corporibus generalibus corruptibilibus, et ſi ſint iſtorum contrariorum quædam prima, & aliqua non prima, narrabimus prima eorũ, & ſi omnia ſint prima narrabimus omnia:

Et dicamus q, iſta ſint neceſſario formæ corporum primorum ex quibus ſunt omnees ſpecies contrariorum in omnibus corporibus, uerbi gratia, quia contraria, quæ ſunt in uinis ſunt generis ſaporis: Contraria *aũt prima ſecundũ ſaporẽ ſunt dulcedo & amaritudo, & quando iſtud ita fuerit eſt itaque neceſſarium, quod ſint elementa uinorum res dulces & amare, conuenit ergo quòd narremus ſpecies contrariorum quæ ſunt in ultimo quæ ſunt in omnibus corporibus, & aduertes ex hoc quæ eorum ſint ſimplicia & quæ eorum generentur ex ſimplicibus ſicut eſt durities & mollities quæ ſunt ex ſiccitate & humiditate, & quando poſuerimus ſimplicia eorum plura quàm unũ in quæ reſoluuntur omnia contraria quæ non reſoluũtur ad ſe inuicem neque componuntur ex ſe inuicem iudicauerimus quòd corpora ſimplicia quibus ſunt iſta contraria in ultimo ſunt elementa compoſitorum, iſta autem ſpecies declarationis eſt demonſtratio cauſæ & eſſe et eſt ſimilis ac ſi eſſet ſub ſpecie ſecũda quartæ partis ſpecierum demõſtrationis ipſius* Albumazar *alfarabij: quæ eſt.* A *eſt genus ipſius* B. & B. *eſt differentia ipſius* C. *iſtud autem eſt, ſi poſuerimus elementum genus iſtorum, & dicamus quòd contraria quæ ſunt in corporibus compoſitis communibus omnibus eis ſunt contraria comprehenſa ſenſu tactus quia omne genus naturale eſt tangibile; obiecta autem ſenſus tactus ſunt caliditas, & humiditas, & frigiditas, & ſiccitas, & grauitas, & leuitas, & durities, et mollities, & denſitas, & raritas, & ſubtilitas, & groſſities, & piloſitas, & lenitas; & macredo, & pinguedo: alias*

& uiſcoſitas, & non uiſcoſitas: Grauitas autem & leuitas licet ſint in ſimplicibus ipſe nõ ſunt in eis in quantum ſunt elementa, quia ipſe non ſunt uirtutes actiuæ neque paſsiuæ; uirtutes autem quibus ſimplicia ſunt elementa oportet neceſſario q ſint agentes & patientes, quia eſſe compoſiti ex eis eſt permixtionem ſicut declaratum eſt. Quod autem frigiditas, & caliditas, & humiditas, & ſiccitas ſint uirtutes actiuæ & paſsiuæ eſt manifeſtum per ſuam deſcriptionem. Calor quidem eſt uirtus actiua quia eius ſemite eſt coniungere res ſimiles quæ ſunt unius ſpeciei, & producere eas unam, iſtud autem apparet in arte purificationis & alijs artibus ab ea, & ſequitur ex iſta actione ſepa ratio rerum diſsimilium & ſequeſtratio earum. Sed iſta actio coniungitur eis propter primam ac ſi iſta eſſet ſecundum intentionem ſecundam aut per accidens, frigiditas etiam eſt actiua, quia ſemita eius eſt coniungere conſimilia & diſsimilia & iſtud etiam apparet de corpibus quæ cõgelaret frigiditas, ſicut ſunt lapides ſemen, & nix et alia ab hijs, humiditas autem & ſiccitas ſunt duæ uirtutes paſsiuæ, iſtud autem eſt quia humiditas eſt facilis terminari ab alio difficilis terminari ex ſe, ſiccitas uero e conuerſo, hoc eſt difficilis terminari ab alio facilis terminari ex ſe: reliqua uero contraria, quæ narrauimus de duritiæ & mollitiæ, & ſubtilitate & groſsitiæ iam apparet, pauca animaduertentia, q reſoluantur in illas uirtutes primas: iſtud autem eſt quia durities eſt ex ſiccitate, & mollities ex humiditate, mollities enim eſt quæ extenditur ſub compreſsione, durities autem eſt ſecundum contra

rium huius & ſubtilitas & groſsities, quia ſubtilitas ex quo fuit uelocior omni re ad terminandum ab alio (ſicut dicit Ariſtoteles) fuit ex humiditate, & quãdo iſtud ita fuerit groſsities itaque eſt ex ſiccitate & ſic uidetur de reliquis: Multæ etiam res ſunt humidæ ſecũ dũ ipſas, & iſtud eſt quod uocatur nomine humiditatis, et multæ ſunt in quibus inuenitur humiditas quæ acciderit eis, id autem quod eſt in manifeſto rei uocatur infuſum, et quod eſt intra ipſam uocatur incluſum, non eſt autem ſiccitati oppoſite ſingulis ſpeciebus iſtarum rerum nomen, ſed omnia illa reducuntur ad ſiccitatem & humiditatem quas determinauimus.

Quatuor uero uirtutes quæ ſnnt calor & frigus et ſiccitas. cum hoc ꝙ ſunt uirtutes actiue et paſsiuæ non reſoluũtur in aliquam rem neque ad ſe inuicem, quia non eſt calor ex frigore neque frigus ex calore neque humidum ex ſicco neque ſiccum ex humido, et ſic etiam non eſt humiditas ex frigore ratione inuentionis aeris calidi et humidi, neque ſiccitas etiam ex calore ratione inuentionis terræ frigidæ et ſiccæ, et quando iſtud ita fuerit, & declaratum fuit, ꝙ ille quatuor uirtutes ſint ſimplicißima omnium cõtrariorum quæ ſunt in compoſitis: Iam itaque manifeſtum eſt ꝙ corpora ſimplicia quibus ſunt iſtæ uirtutes ſint eis formæ quæ ſunt eis finaliter in actu et perfecte, quæ ſunt elementa compoſiti, ſed quia ſingulis corporibus ſunt duæ uirtutes iſtarum uirtutum, et ſi non, elementa eſſent contraria, et impoßibile eſt combinari iſtas uirtutes niſi quatuor quæ ſunt in elementis, hoc eſt caliditatem, et ſiccitatem, et caliditatem, et humiditatem, et

frigiditatem et humiditatem, et frigiditatem et ſicci-tatem, neceſſario, ex quo ſequitur. Quia iſte quatuor ſint formæ elementorum et q. earum numerus ſit iſte numerus. Poſtquam autem iam declaratum eſt q. ſe-quatur q. ſint corpora quatuor ſimplicia talis deno-minationis ex quibus componantur reliqua compoſi ta, et quod apparet ſenſu conuenit illi ad quod tulit ſermo: iſtud autem eſt quia ignis eſt calidus et ſiccus: ipſum autem eſſe calidum eſt euidens ſenſu. Sed ip-ſum eſſe ſiccum eſt, propterea quia ſicut dicit Ariſto-teles gelu eſt contrarium igni quia differentiam inter eos eſt in ultimo, fuit autem gelu congelatio frigidi et humidi, ſicque ignis eſt neceſſario feruor calidi et ſicci, iſtud autem eſt quia ſi differrent per unum con-trarium hoc eſt per frigus et calorem ſolum non eſ-ſent contrarij in ultimo. Aer autem eſt calidus et hu-midus: humidus quidem ratione qua eſt facilis termi nationis ab alio, difficilis terminari per ſe, frigidus ue ro ratione qua frigus corrumperet ipſum: Aqua au tem eſt frigida et humida, frigida quidem ratione qua calor ipſam corrumperet, humida autem ratione faci litatis terminationis eius ab alio et difficultatis ſuæ terminationis per ſe, terra autem eſt frigida et ſicca: ſed uidetur q. ignis uerius ſit calidus quàm aer: et a-qua uerius frigida quàm terra: et ſic etiam uidetur, q. aer uerius ſit humidus quàm aqua quia facilior eſt ut terminetur ab alio, et terra uerius eſt ſicca quàm ignis quia difficilior eſt ut terminetur ab alio, ſicque neceſſario iſta quatuor corpora ſunt elementa, iſtud autem eſt quia ſyllogiſmus componitur ſic: iſta qua-

tuor corpora ſunt quibus ſunt prima contraria et eorum numerus eſt numerus qui ſit ex cōbinatione primorum contrariorum: Corpora autem quibus ſunt iſta prima contraria & quorum numerus eſt numerus primorum contrariorum ipſa ſunt elementa, & concluditur ex hoc ꝗ iſta corpora ſint elemēta: & eorum numerus ſit numerus illorum, & declaratū eſt, ꝗ iſta quatuor corpora ſint elementa omnium compoſitorum, & declaratur itaque iſtud, quia ex quo compoſita generantur in loco infimo quæ eſt terra, iſtud autem ſit, aut in euidenti terræ ſicut ſunt animalia & plantæ, aut in eius uentre ſicut mineralia, ſequitur neceſſario, ꝗ ſit in eis pars terræ quia ſunt in loco terræ naturaliter quod eſt medium, ſicque eſt ibi terra uel res terrea, ex quo autem impoſſibilis eſt terræ inquantum ipſa eſt ſicca ꝗ ſuſcipiat terminationem & figuram abſque ꝗ commiſceatur aqua, reperitur neceſſario in omni compoſito terra, et aqua, quando autem reperitur in omni compoſito terra et aqua, oportet neceſſario eſſe in eis contraria alia, hoc eſt ignem & aerem et ſi non, non perueniret complexio quæ eſt in compoſito nec perueniſſet mediocritas inter calorem, & frigus, & humiditatem, & ſiccitatem, & uniuerſaliter diſpoſitio corporum naturalium eſt ſicut diſpoſitio artis corporum terreſtrium, uerbi gratia in arte faciendi lateras, quia ſicut later perficitur per aquam & terram: deinde coquitur igne donec habeat conſtantiam ſicut eſt diſpoſitio corporum naturalium, apparebit autē iſtud itaque perfecte in quarto metheororum & declarabitur etiam iſtud ex quo

os inuenimus q; compoſita reſoluuntur in iſta quatuor ſimplicia, iſtud autem eſt quia ipſa reſoluuntur per ſublimationem in aquam, & per putrefactionem in terram, & quædam eorum pauco motu in ignem ſicut ſunt ligna pinguia ſubtilia quæ cito incēduntur: quicquid autem reſoluitur in aliquā rem, ipſum itaq; eſt compoſitum ex illa neceſſario, & conſtat iſtud etiā ex parte alimēti in eo quod, Semite eius eſt: q; nutriat: & in quo manifeſtius apparet iſtud ſunt plantæ quia ipſe nutriuntur ex aqua & terra & ideo intendit agricola commiſcere eas. Poſtquam autem declaratum eſt ex iſto ſermone, quæ ſint elementa, & quotus ſit eorum numerus: prope etiam itaque eſt q; declaretur q; compoſita ex eis fiant ex illis permixtionem cuius præceßit declaratio, quia impoßibilis eſt entitas rei unius in actu ex pluribus una re in actu, illa autem res difert ſecundum formam & quidditatem ab illis rebus ex quibus componitur per ſolam mixtionem, et ideo impoßibile eſt q; abſoluant cauſam iſtius rei dicētes q; elementa iſtorum corporum ſint diuiſibilia habentia quantitatem & equale eſt, ſiue fuerint diuiſibilia aut indiuiſibilia, quia ſecundum iſtam opinionem ſequeretur q; generatio eſſet aggregatio, & non eſſet ibi differentia ſecundum formam & quidditatem inter compoſitum & eius elementa, & ſecundum generatio non eſſet per ſe, ſed per accidens, & ſic impoßibile eſt q; abſoluamus cauſam iſtius rei, ſecundum iſtā opinionem ſecundum res compoſitas & earum differentias ſecundum quidditatem & formam, quia cauſa huius eſt uarietas menſurarum elementorum in cō

poſito & eorum additio ſecundum aliquid & diminutio ſecundum aliquid, ſicque non eſt cauſa uarietatis formarum corporum ſimilarium partium aliqua res præter iſtam, & per iſtud differunt ſubſtantia carnis & omnium corporum conſimilium inter ſe, & iſtud eſt quia ex quo elementa ſunt in compoſito in potentia propinqua actui, differens fuit eſſe ſingulorum eorum in ſingulis compoſitis per propinquitatem & diſtantiam ab actu, & ideo propinquiora ſunt quædam compoſita q; tranſmutentur in ignem, & quædam in terram uel aerem aut duo ex iſtis uel plura, & per iſtas mēſuras mixtionis quæ ſunt in ſingulis eorum inueniuntur differentiæ propter ſingula eorum: ſicut eſt extenſio auri, et aliæ differentiæ corporum ſimilarium partium, largitio autem cauſarum ſuarum differentiarum uniuerſalium eſt in quarto methcororum: poſtquam autem declarata eſt iſta menſura diſpoſitionis generationis corporum compoſitorum et largitionis ſuorum principiorum materialium ſpeculabimur itaque generationem ſimplicem, hoc eſt generationem iſtorum corporum ſimplicium ex alterutris et quomodo fit et quot modis occurrit, et dicamus q; ſenſu appareat q; fiant ex alterutris, et iam declarabitur, iſtud etiam ex parte qua ſunt cōtraria, iſtud autem eſt quia ſemite contrariorum eſt q; corrumpant ſe inuicem, quando prædominatur unum alteri, ſingula uero elementa non corrumpuntur ſecundum ſuam totalitatem propter ſufficientiam et coequationem quæ eſt inter ea, et ideo quādo attribuitur uni eorum großities et difficultas paßibilitates (ſicut eſt terra,) ponitur

parum,

paruũ, et quando attribuitur uni eorũ raritas et uelocitas paſsibilitatis ponitur ei magnitudo, ſicut eſt aer, et niſi eſſet iſtud corrumperetur & conuerteretur in nihilũ & quando euidens fuerit generatio eorum ex alterutris. Sicut diximus eſt etiam. Itaq; manifeſtum per ſe q illud accidat ſecundũ tres ſpecies: Quarum una eſt quæ eſt facilior eſt quòd corrumpatur unum eorum ad eius uicinum, quod ſuccedit ei ſicut terra reuertitur aqua, & aqua aer, & aer ignis & e contra: Iſtud autem fuit ei facile quia non indiget ad generationem eorum ex alterutris iſto modo pluſquam corruptione unius qualitatis quæ obijcitur ei, & additione ſecundum aliam qualitatem, iſtud autem eſt quia quælibet duo elementa uicina contrariantur ſecundum unam qualitatem, uerbi gratia, quia terra quando corrumpitur ab ea ſiccitas & conuerſa fuerit humiditas & augetur frigus eſſet iſtud generatio aquæ, & ſic eſt diſpoſitio, aquæ cum aere, quando corrumpitur ex ea frigus & augetur humiditas eſſet generatio aeris, & ſic eſt diſpoſitio aeris cum igne, et e cõtra, hoc eſt diſpoſitio ignis cum aere & aeris cum aqua & aquæ cum terra: Secunda uero ſpecies eorum generationis quæ eſt difficilior eſt, quòd generentur ex alterutris elementa contraria ſecũdum duas qualitates ſimul, iſtud autem eſt in elementis quando non fuerint uicina, ſicut ignis cõuertitur i aquã, et aer i terrã, iſtud uero fuit difficilius quia corruptio eorum indigeret quòd corrumperentur duæ qualitates ſimul & generatum quòd generetur ſecundum ambas ſimul, uerbi gratia, quia

ignis non conuertitur in aquã donec corrũpantur ex eo calor & ſiccitas & generetur frigus & humiditas & ſic eſt diſpoſitio aeris cum terra: Tertia uero ſpecies eorum generationis eſt quòd unum eorum generatur ex duobus, iſtud autem poſsibile eſt eis in contrarijs ſecundum duas qualitates non in contrarijs ſecundum unam qualitatem quæ ſunt uicina, uerbi gratia, ex igne & aqua ambobus generatur aer & terra, aer quidem per corruptionem ſiccitatis ignis & frigoris aquæ, terra uero per corruptionem caloris ignis & humiditatis aquæ, & ſecundum iſtam ſemitam ſentitur generatio ignis a terra & aere, quod eſt quia flamma, ſicut dicit Ariſtoteles *eſt fumus incenſus, fumus autem eſt ex aere & terra, inter elementa uero uicina impoſsibile eſt itaque iſtud, cauſa autem huius eſt quia ipſa contrariantur ſecundum qualitatem unam, & conueniunt ſecũdum alteram ſicut ſunt ignis & aer, & aqua & terra, quando autem corrumperetur ex utroque eorum qualitas una non generatur ex eo res alia, uerbi gratia, quòd corrumpatur ex igne ſiccitas & ex aere humiditas & remaneat calor ſeparatus, & non eſſet elementum calidum ſolum, & ſicut quando corrumperetur, calor ex ambobus remanerent duo contraria ſimul quæ non coniungerentur ſecundum corpus unum, iſta autem ſpecies generationis eſt difficilior quàm prima & facilior quàm ſecunda, ipſam autem eſſe faciliorem quàm ſecunda eſt quia corruptio in ea & generatio eſſet ſecundum qualitatem unam, ſed difficultas eius eſt propterea quia iſta ſpecies generationis peruenit per*

corruptionem duarum rerum quarum uniuſcuiuſq; corruptio eſt ſecundum qualitatem unam, & ideo eſt quod diximus quòd ipſa ſit difficilior quàm prima. Poſtquam autem iam declaratum eſt iſtud ex diſpoſitione generationis ſimplicis, & iam declaratum fuerat etiam ex diſpoſitione generationis compoſitæ menſura quæ iam declarata eſt conuenit quòd perſcrutemur cauſas uniuerſalis cuiuſque generabilis & corruptibilis & ille ſunt cauſæ ultimæ aliquo modo, quia iſto modo poteſt eſſe quòd tribuantur cauſæ cuiuſque rei rerum particularium generabilium corruptibilium abſque replicatione doctrinæ, ſicut fecerat in phyſico auditu, quia ibi tribuerat cauſas uniuerſales cuiuſque cuius conſiſtentia ſit ſecundum naturam æqualiter ſiue fuerint æterna ſiue generabilia, & dicamus quòd illæ Cauſæ quas dederat ibi ſunt ipſemet cauſæ generationis & corruptionis, dictum eſt ibi itaque quòd cauſæ ſint quatuor, materia rei & eius forma & ſuum efficiens, & ſuus finis, materia autem prima cuius eſſe eſt ibi declaratum eſt itaque eadem prima materia cuiuſque quod generatur & corrumpitur, corporibus autem æternis de quibus dictum eſt quòd ſint habentia materias, quod eſt ſecũdum alium modum analogiæ, non eſt ipſis poſſibilitas quòd auſeratur eorum forma neque quòd corrumpatur, etiam ſicut declaratum eſt in de cœlo & mundo, ſed reperitur in eis de diſpoſitionibus materiæ quòd ipſa ſint ſubiecta ſolum, quia mouens in eis eſt diſtinctum a mobili: Excipiunt autem motum ex parte ſubiecti non ex parte formæ, formam uero quæ generatur et cor

rumpitur non reperitur ſermo amplectens eam, ſed ipſa eſt in unoquoque entium particularium id quo ſubſtantificatur, & ideo eius declaratio eſt per id q͏̃d appropriatur illis, erit autem ſpeculatio de ſingulis illarum, & quando iſtud ita fuerit, id itaque cuius perſcrutatio conuenit hic eſt cauſa efficiens ultima generationis & corruptionis cuius largitio defecit omnibus antiquis, ſecundum quod putauit Ariſtoteles, conuenit autem quòd ſpeculemur hic de eius diſpoſitione, an ſit eadem cauſæ ultimæ cuius eſſe eſt declaratum in phyſico auditu, & ſi ſit, an ſit mouēs propinquum generationis? aut per medium? quod eſt corpus cœleſte, quia mouens eſt uniuerſalius quàm efficiens, iſtud autem eſt, quia efficiens eſt id cuius ſemite eſt quòd fiat impreſſio & qualitas in mobili per ipſum, et ideo non abſolueret Ariſtotelis nomen efficientis de motore primo, dicimus quidem, quòd de generatione ſimplici, quæ eſt generatio elementorum ex alterutris, ſit euidens, quòd efficiens iſtud ſit motus corporum latorum circulariter, & niſi iſtud eſſet non eſſet in eis generatio neque corruptio quæ procederet ſecundum rectitudinem & ordinem terminatum, immo eſſet impoſſibilis partibus elementorum, corruptio omnino, quia ipſa coequantur ſecundum ſuam totalitatem, & unumquodque eorum eſt in ſuo loco naturali, & non eſſet hic aliqua res quæ moueret ea adeo quòd quædam eorum proijcerent aliqua ſecundum inequalitatem ſuarum uirtutum, & ſic etiam apparet diſpoſitio generationis compoſitorum ex ſimplicibus, quia non eſt elementis ſufficientia quòd permi=

ſceantur & complexionentur adeo quòd ex eis proueniat aliud ens, & hoc ſemper & per ſe, ſicut non eſt igni inquantum eſt ignis ſufficientia quòd generetur ex eo corpus artificiale donec artifex præparet ipſum & formet illud, & ideo eſt quod apparet hic quòd motibus corporum cœleſtium ſit ſufficientia quòd largiantur formas corporum mineralium cum elementis, plantæ uero, et animal putatur quòd indigeant ingreſſu alterius motoris in iſta ſcientia ſicut poſtea declarabitur. Poſtquam autem iam declaratum eſt iſtud de diſpoſitione motus lationis circulariter, neceſſario eſt itaque id quod dictum eſt quòd ille ſit prior reliquis tranſmutationibus, ſed non eſt primo motui ſufficientia quòd ſit cauſa generationis & corruptionis, quia rerum contrariarum cauſæ ſunt contrariæ, et ideo neceſſario fuerunt motus plures et differentes, et præcipue motus ſolis in ſuo corde decliui, quia iſte motus eſt prima cauſa generationis eius quod generatur et corruptionis eius quod corrumpitur, iſtud autem eſt quia quando propinquauerit eſt cauſa eſſe plurium generabilium, et quando deſtiterit ſit cauſa corruptionis plurium entium, et efficiens quatuor temporum quæ ſunt uer et eſtas autumnus et hyems eſt iſte motus, efficiens autem continuitatem generationis et corruptionis eſt apud Ariſtotelem motus primus continuus, efficiens autem generationis et corruptionis eſt motus ſolis in orbe decliui, non reperitur autem iſte motus ſolum ſoli, ſed etiam Lunæ et Stellis erraticis, licet ſol ſit euidentior ſecundum hoc in effectu, iſtud autem quod facit ſol

progreſſu ſuo in eius circulo decliui de uarietate quatuor temporum eſt idem illi quod facit unuſquiſque planeta ſuo progreſſu in ſuo proprio orbe, ſed licet lateat nos uarietas quæ appropriat unumquenque planetam ſecundum ea entia quæ ſunt apud nos, apparet tamen ſermone uniuerſali illis ingreſſus ad generationem et corruptionem, adeo quòd ſi putaremus ablationem alicuius motus ex eis aut alicuius planetæ tūc aut non perficeretur generatio omnino, aut non perficeretur generatio quorundam entinm, ac etiam euidens itaque eſt, quòd quibuſdam entibus approprietur actio alicuius planetæ, et ideo inuenimus homines qui obſeruauerunt quod præteritorū temporum eſt quòd diuiſerint entia ſecundum illos, et poſuerunt tale ens naturæ talis planetæ, et uniuerſaliter quod apparet de diſpoſitione iſtorum planetarum eſt ꝙ illi quaſi patiātur eorum uarietates propter motum ſolis et quòd maximæ differentiæ eorum in ſuis uarietatibus ſit ſecundum appropinquationem eorum et eorum diſtantiam a ſole, et euidentius eſt quòd inueniatur iſtud lunæ et Mercurio et Veneri, et putatur ꝙ iſtud ſit cauſa entitatis uarietatis in eis ſecundum eorum propinquitatem et diſtantiam eorum a ſole, hoc eſt ꝙ faciant ſpecies eorum progreſſuum ex uelocitate et tarditate et medio motu ſecundum terminatas diſtantias a ſole, et quando euidens fuerit iſtud ex diſpoſitione ſolis et planeterum neceſſarium itaque ergo eſt ꝙ denuo faciat entia et debilitet, et uniuerſaliter propter longitudinē eorū permanentie ſm terminatos circuitus progreſſuum ſolis & planetarū ſm eorū propinquitatē

& diſtantiā, & iſtud eſt quia ipſi idē ſunt qui largiū tur enti ſuā cōplexionē et appropriatam, & deinde erit ſua magnificatio & debilitas ſecundū quod fue= rit eius nature ꝙ recipiat iſtas duas uarietates ex eo rū propinquitate & diſtantia, & ideo eſt ꝙ inueni= mus maiorē partē entium, ꝙ erit ſecūdum circuitus terminatos ex circuitibus iſtorū planetarū et ſic eo= rū debilitas, quia quædam menſurantur ſecundū mo= tum lunæ: Sicut eſt diſpoſitio temporis permanentis hominis, & plurium animaliū, nec remotum eſt, ꝙ ſint hic entia quorū uita menſuretur ſecundum circuitus ſingulorū planetarū ex reliquis planetis. Et propte= rea eſt quod dicitur ꝙ uita ſit terminata & ꝙ fines ſint ſecundū aliquā menſuram. Iſtud autem eſſet quā= do non ueniret enti aliqua res per accidens ab extrin ſeco ſicut eſt corruptio que fit in aere & malum re= gimen & reliqua, quarum cauſa non eſt naturalis corruptioni, ex quo autē iſti motus ſunt eterni ſecun dum quod declaratum eſt per eſſe motores eorū ꝑpe tuos, neceſſariū itaq; eſt, ꝙ generatio & Corruptio ſint æterne, & Iſtud eſt manifeſtū, generatio uero ele mentorū ex ſe inuicē eſt itaq; neceſſaria quia iſta cor pora Celeſtia mouentur illis motibus contrarijs cum appropinquatione & diſtantia. Sine medio inter eas ſicut ē diſpoſitio ſolis, quia quando ipſe remoue= tur a nobis eſt cauſa generationis quorundam cor= porum, ſicut exceſſus quantitatis aque, & quando appropinquauerit eſt cauſa generationis aeris pro= pter diſpoſitionē ſui exceſſus, & ideo nos non poſſu= mus imaginari deſinentiam generationis ſecundum

iſtum modum, quia corpora celeſtia ſunt æterna ſecũdum ſingulare & elementa ſecũdum ſpeciem ſicut declarabitur: Et *ſic putatur* ꝙ *ſit diſpoſitio mineraliũ & pluriũ plantarum, et mineralis quod non generatur ex ſpermate, & uniuerſaliter,* Cuiuſq; *quod non indiget ad ſuũ eſſe motore ultra ſolem & reliquos planetas, quia licet iſta indigeant ad ſuũ eſſe loco proprio in quo generentur, quod eſt ſuperficies terræ aut quod ſuccedit ei, tamen manifeſtũ eſt* ꝙ *corpora ſuperiora ſint quæ protrahũt cõſeruationem iſtius loci ſecundũ ſpeciẽ, & ſi nõ predominaretur ei aqua, qa eſſe naturale terre,* Inquantũ *ipſa eſt grauis, eſt* ꝙ *ſit ſecundũ omnes eius partes ſub aqua, quia iam declaratũ eſt* ꝙ *illæ ſit finis conueniens ei:* Illud *autẽ euidẽs eſt* ꝙ *ſit ex actione planetarũ & precipue ſolis actione eſſentiali:* An *autẽ illud ſit neceſſariũ aut ens ut in pluribus, eſt itaq; in illo locus perſcrutationis ſuper quem ſtabimus ex ſpeculatione diſpoſitionis ſpecierũ quæ generãtur ex ſpermate: & ille ſunt res quæ indigent, cũ motu corporũ celeſtiũ motore alio propinquo, quia hominẽ ſicut dicit* Ariſtoteles *generat homo alius & ſol, quando autem poſitum fuerit iſtud ſicut eſt manifeſtum de diſpoſitione iſtarũ ſpecierũ genitarum, hoc eſt* ꝙ *ſint æterne ſicut permiſſum eſt: eſt itaq; manifeſtumq; impoßibile ſit* ꝙ *deſinant eſſe in futuro & hoc propter aduentum in ea dãdorum elementariũ, ut ſi diceres corruptionem aeris aut diluuium aquarum ſuper totã terram, quia ſi deſinerẽt eſſe aut eſſet eis poßibile* ꝙ *deſinant, iam exiuiſſet id ex hijs quod poßibile fuerit,* In *actum tẽpore præ*

terito

terito infinito & iſtud infinities et eſſent nunc nō entia omnino. Et uniuerſaliter iam declaratum eſt, q̃ impoßibile ſit q̃ ſit aliqua res eterna in præterito, et corrũpatur in futurũ, & e cōtra, hoc eſt, q̃ ſit aliqua res generata, & remaneat ꝑpetua, qñ autem iſtud ita fuerit, & declaratũ fuerit q̃ generatio & corruptio ſint æterne, Eternitas autē in iſtis trãſmutationibus, & in reliquis trãſmutationibus generabiliũ & corruptibiliũ reꝑitur ꝑ ſubſequentiã et ſucceßionē, ſicq; cōuenit, q̃ declaramus quibus modis dicatur iſtud de eis, Et dicamus, q̃ iſtarũ rerũ poſſibiliũ ſecũdũ eſſe qñ inuenitur prius ex eis nō ſequitur neceſſario ex illo eē poſterioris, Verbi gratia, qñ reperitur ſocrates non ſequitur q̃ ſit ei Plato, & ſic de alijs rebus artificialibus, quia qñ reꝑitur fundamentũ nō ſequitur eſſe ipſius domus, qñ uero fuerit poſterius eorũ, Sequitur itaq; neceſſario eſſe prioris, Verbi gratia quia qñ tu fueris inuentus iã inuenitur tuus pater, & qñ fuerit domus iã itaq; fuit fundamētũ & lapides neceſſario, in rebus uero eternis prior infert poſteriorē, & poſterior infert priorē, Verbi gratia quando reperitur tropicus Yemalis inuenitur neceſſario tropicus eſtiuus, & e contra, & quando iſtud ita fuerit, neſcio q̃uo inuenitur perpetuitas & ſucceſſio in rebus prioribus, ſi ē directe, iſtud itaq; ē īpoßibile ẜm duo extrema ſimul hoc eſt in prætereito & in futuro et iſtud eſt q̃a in præterito licet ſequatur ex entitate poſterioris entitas prioris nō poterimus itaq; ponere iſtud ꝓcedēs directe ꝑ ſe in īfinitũ in ꝑterito q̃a poſterius indigeret cauſis q̃ præcederēt ipſum in infinitũ, iſtud aũt

eſt falsū eſſe p ſe, ſed ſi repiretur rectitudo in entibus, quæ ſunt ꝓpagata illud itaq; eſt p accidēs, intētio aūt p accidēs formabitur itaq; in eo qđ eſt futurū ꝙ ſit qa largiēs formata iſtorū entiū quæ ꝓpagantur qbus ipſa ſunt quæ ſunt eſt mouēs ab extra præter ſemina, ſemen aūt eſt ei inſtrumentū, & qñ iſtud ita fuerit, & declaratū fuerit ꝙ iſtius mouētis actio ſit infinita nō eſt impoſſibile ꝙ fiant p inſtrumenta infinita actiones infinitæ, & ſi illa inſtrumenta poſita fuerint cauſæ ſibi inuicem iſtud eſſet p accidēs, & ſic etiam impoſſibile ē ꝙ accidat eis ꝑpetuitas æterna directe in futurū neq; p ſe neq; p accidēs, iſtud aūt eſt qa nō ſequitur ad eſſe prioris eſſe poſterioris ſm quod diximus, & qñ iſtud fuerit ipoſſibile, ꝑpetuitas itaq; iſtarū ſpecierū neceſſario reperitur circulariter, iſtud aūt eſt ꝑꝑ mouēs æternū mobile circulariter, quia qñ fuerit nubis eſſet pluuia, & qñ fuerit pluuia eſſet nubis, et ſic qñ eſſet homo iā inuenitur poſt illū alius, & poſt illū poſteriorē ulterior, ſed ea illarū rerū q̄ nō idigēt ad ſuū eſſe præter elemēta & corpa celeſtia, Corpora itaq; celeſtia ſufficiūt ad ꝑpetuationē iſto mō, illa aūt ad quorū eſſe indiget facere ꝙ igrediatur principiū aliud, ſicut aūt aīalia & plāte ſecūdū qđ putauerūt multi & ſicut eſt hō ſecundū qđ uiſus eſt ſibi Ariſtoteles, Apparet itaq; ꝙ in corporibus celeſtibus ſit ſufficiētia ad largiendū qđ eſt ſub intellectu, iſtud autē aduenit illis p ea ſimul hoc eſt per corpora celeſtia et illud principiū, Sed talis generationis circularis circuitus ſecūdū ſpeciē eſt neceſſarius, Circuitus uero ſm ſingulare eſt ipoſſibilis, iſtud aūt eſt quia impoſſibile eſt ꝙ inue

niatur idē Socrates poſtq̄ iā inuentus fuerit adeo q̄ ſit, & iterum reuertatur circulariter, & nō eſt poſſibile eſſe rei iſtius eſſe eius ſecunda uice circulariter, iſtud autem eſt quia oportet q̄ unius rei efficiens ipſam ſit unum, qn̄ aūt corruptum fuerit ſub ectum, & poſtea fuerit iam illud neceſſario eſt ſecundum numero, & æquale eſt ſiue poſueris efficiens amborū unū ſiue non poſueris illud ſecundum quod dicunt aſſerentes circuitus, quia iſti itaq; dicunt, q̄ quando reuerteretur ſitus qui fuerat oībus partibus orbis hora quā inuētus fuerat Socrates reuerteretur idem Socrates, iſtud autem eſt mendacium propter id quod dicimus: Alexander autē uiſus eſt ſibi de ſitu & de diſpoſitionibus quæ inueniuntur orbibus in aliqua hora q̄ non reuertantur ſecundum ſingulare, & dicit q̄ ſi nos poneremus omnes ſtellas in uno puncto orbis ſignorum, ut ſi diceres in ariete, deinde inciperent omnes, & moueantur ueløciores & tardiores earum non ſequitur neceſſario q̄ reuertantur omnes ad illum eundem pūctum a quo inceperunt moueri, niſi eſſent circuitus quorundam ſecundum menſuram circuituum aliquorum adeo q̄ eſſet gratia exempli, q̄ quādo perficeret ſol circuitum unum perficeret luna duodecim circuitus & ſic ſequeretur q̄ eſſet ſitus orbis ad unāquāque ſtellam, & tunc eſſet poſſibile q̄ reuerterentur omnes ad locum unum ad quemcunq; locum poſueris: nos autem inuenimus diſpoſitionem ſecundum contrariū huius, quia ſol tranſit orbem ſuum tricentum ſexaginta quinq; diebus cum quarta diei: Luna autem tranſit orbem ſuum uiginti ſeptem diebus cum dimidio, quando

autem duplaremus uiginti ſeptem dies cum dimidio relinqueretur ad annum de tricentum ſexaginta quinque diebus cum quarta diei, & quando iſtud ita fuerit non reuertitur efficiens unum numero, neq; eſt poßibile iſtud de materia, ſicq; iam declarata eſt impoßibilitas regreſſus ſingularis eiuſdē ex omni parte, quod intendebā declarare: Sed in iſto ſermone eſt ſuperfluitas, iſtud autem eſt quia non ſequitur, ꝙ quando circuitus lunæ non menſuret circuitum ſolis ſecūdum dies, ꝙ neuter eorum menſuret alterūtrum omnino quia poßibile eſſet itaq; ꝙ menſura communis ſit puſillum temporis, immo ſi res ita eſſet ut dicitur cōmunis eis eſſet quarta diei neceſſario, conſiſtentia autem in iſtis circuitibus qui ſunt ſtellis an ſint communicantes nec ne, eſt ex hijs quæ ſunt difficilia aut impoßibilia, quia iſtud conſtruitur ſuper notitia temporis unius circuitus illorum ſingulis ſtellis ſecundum ueritatem, iſtud autem eſt impoßibile propter non præciſam propinquitatem quæ ingreditur obſeruationem: id autem ſuper quod ex hijs quis conſiſtere poſſet, eſt ꝙ ipſi menſurent ſe inuicem uel quaſi, ſicut uiſi ſunt aſtronomi, quomodocunque autem res fuerit impoßibile itaque eſt ꝙ reuertatur ſingulare, & ſic completus eſt liber generationis & corruptionis ad laudem Dei fundatoris terræ ſecundum eius diſpoſitiones, Amen.

AVERROYS COMPENDIVM

neceſſarium, Ariſtotelis ex Libris de Anima, ex Arabico, uerſum in latinum ſermonem ab accuratiſsimo interprete, Abraham de Balmes, uerum a Blondo Medico diligenti ſecretorum repertore editum in lucem.

PROLOGVS.

INtentio noſtra eſt hic, ut afferamus ex uerbis expoſitorum ſcientiæ de Anima quæ uidentur eſſe conuenientiora, ei quod declaratum eſt in ſcientia naturæ: et conuenientiora intentioni Ariſtotelis: Propterea præponamus ex hijs quæ declarata ſunt in hac ſcientia quæ præcedunt ſemitam radicum ſuppoſitarũ ad intellectionem ſubſtantiæ animæ: Et dicimus ꝙ iam declaratũ fuerat In primo libro Phyſicarum auſcultationũ ꝙ omnia corpora generabilia corruptibilia ſunt compoſita ex materia & forma, & ꝙ neutra earum ſint corpus, licet per earum coniunctionem inueniatur corpus, & declaratum eſt ibi ꝙ yle iſtorum corporum ſit informæ per ſe & non ſit ens in actu, & ꝙ eſſe quod appropriatur ei ſit ei ex parte qua in eius potentia eſt recipere formas, non ꝙ potentia ſit eius ſubſtantia, ſed ꝙ iſta ſequantur eius ſubſtantiam, & quicquid ei coniungitur, & ꝙ de reliquis corporibus entibus in actu de quibus

dicitur q́ ipſa poßint ſupra aliquam rem, dicitur iſtud ex parte materiæ quia impoßibile eſt q́ ſit eis potētia ex parte qua ſunt entia in actu per ſe, & primo actus, itaq; & potentia contradicunt ſibi: Atq; *etiam declaratum eſt ibi q́ impoßibile ſit, q́ abnegetur ab iſta materia prima ipſa materia, & corpora ſimplicia ſint illa quatuor ignis & aqua & aer & terra.* Et *declaratū eſt etiam* In *libro* Perygeneſeos, *de diſpoſitione iſtorum ſimplicium q́ ipſa ſint elementa reliquorum corporum ſimilarium partium, & q́ generatio illorū ex eis ſit ſecundū modum mixtionis & cōplexionis.* Et *q́ agens ultimum ſecundū mixtionem & complexionem ſecundū rectitudinē & ordinē terminatū ſint corpora celeſtia.* Et *declaratum eſt etiam in quarto* Methcororū *q́ mixtio uera & complexio in omnibus corporibus ſimilarium partium quæ ſunt in aqua fiat per decoctionem.* Decoctio *autem fit per calorem conuenientem illi rei decocte qui eſt calor naturalis q́ appropriatur ſingulis entibus, & q́ diferentiæ iſtorum corporum ſimilariū partium attribuantur complexioni ſolum.* Et *q́ eorū agens propinquūm ſit ipſe calor complexionatus per ea, ultimum autem ſunt corpora cœleſtia, & uniuerſaliter declaratum itaq; eſt ibi, q́ elemētis & corporibus cœleſtibus ſit ſufficientia ad eſſe iſtorum corporum ſimilarium partium, & largitio eius quo eſt cōſiſtentia, & hoc quia omnes eorum diferētiæ ſunt attribute qualitatibus quatuor, & ſicut totum iſtud eſt declaratum in libro de* Animalibus, *q́ ſpecies compoſitionum ſint tres, quarum prima eſt compoſitio quæ fit ex eſſe corporum ſimplicium in materia prima quæ eſt informis*

per ſe. Secunda autē eſt compoſitio quæ fit ex iſtis ſim plicibus quæ ſunt corpora ſimilarium partium. Tertia autem eſt compoſitio membrorum organicorū quæ ſunt perfectiora quæ ſunt animali perfecto ſicut cor & epar & ſic inueniuntur ſecundū modū ſillogiſmi et ſimilitudinis in animali perfecto & in plantis, & ſicut ſunt radices & fructus, ſicq; declaratum eſt etiam in hoc libro q̃ generans proximum iſtorū corporum organicorum non ſit calor elementalis, quia actionis caloris elementalis eſt induratio & rarefactio, & præter hoc alia attributa corporibus ſimiliaribus, ſed generans ea eſt calor cōueniens creationi & formationi et largitioni ipſius figuræ, & q̃ largiens iſto colori eius formam complexionalem qua fit in animali ſpermatizanti & plantis ſemine propagantibus ſit ſingulare quod ſit ſpeciei illius quod generatur ab eo aut attribuitur ei ex parte qua ſit ſingulare tranſpirans mediante potentia ex calore qui eſt calor exiſtens in ſeminibus, & ſpermate. In animalibus uero et plantis quæ nō propagantur ſemine, largiens eſt calor corporum cœleſtium, & cum hoc declaratum eſt etiam q̃ iſti calori conuenienti ad faciendum informationem & creationem non ſit ſufficientia ad largiendum figurā & creationē abſq; hoc q̃ ibi ſit uirtus gignitiua de genere animæ nutritiuæ ſicut non fit receptio cōplexionis in corpore niſi per uirtutem nutritiuam, & q̃ iſta uirtus nutritiua & ſenſitiua generantur in animali, & eſt eis operatio ſeparata quæ uocatur intellectiua, quia iſta membra organica non inueniuntur niſi tranſpirantia, & ſi inueniantur non tranſpirātia, eſſe eſt eis per quan

dam ſpeciem equiuocationis, ſicut dicitur manus de manu mortui & manu uiui. Et declaratum eſt etiam ibi cum hóc q́ ſubiectum proximum iſtis animabus in corporibus organicis ſit calor proportionatus calori generanti, quia non eſt inter eos differentia niſi quia iſte conſeruat illud, alter autem generat ipſum. Iſte autem calor eſt euidens ſenſu in animali generato in corde aut in proportionabili et in animali imperfecto. Et inuenitur itaq; iſte calor in pluribus iſtarum ſpetierum in cõmuni ſuo & hoc propter propinquitatem ſuorũ membrorum ad ſimplicitatem, ſicut eſt diſpoſitio plurium animalium & plantarum, plantæ autem ſunt digniores huius modi, & ideo quando inciderimus aliquem ramorum plantarũ & plantauerimus ipſum, poſſibile eſt q́ uiuat, et declaratum eſt etiam q́ potentiæ animæ ſint una p ſubiectum proximũ eius qui eſt calor naturalis, plures in potentia ſicut eſt diſpoſitio pomi quod eſt habens plures potẽtias ſicut eſt calor & ſapor et odor q́ cum hoc eſt unũ, ſed differentia eſt inter has quia hæc ſunt accidentia pomi, ille autem ſunt ſubſtantiæ caloris naturalis. Iſte itaq; ſunt res quarum ſi meminerimus poſſemus peruenire ad notitiam ſubſtantiæ animæ & eorum quæ ei adueniunt perfectiſſimo omnium modorum & facillimo, quas res, licet non ſit loquutus de eis Ariſtoteles in principio ſui libri, ipſe tamẽ ordinat ipſas ante illũ in potentia ſecundũ eius conſuetudinẽ in abbreuiatione. Et ex iſtis eiſdẽ rebus poſſibile eſt q́ cõſtet nobis id quod magis optandum eſt de eius diſpoſitione quod eſt, An poſſibile ſit de ea q́ ſit ſeparata: nec ne: ſed conuenit q́ ante iſtam perſcrutationem ſit intellectum

quo modo ſit poßibile q inueniatur forma ſeparata in materia ſi fuerit ens & ex quo loco & regula ſit poſſibile q ſtetur ſupra hoc ſi fuerit? Et dicimus quidem q poßibile ſit q ſeparatum inueniatur in rebus attributis rebus materialibus quãdo attributio earum ad illas nõ fuerit attributio formæ ad materiam, ſed fuerit continuatio earũ in materiam ſecundũ continuationem quæ non eſt per eſſentiã eius, ſicut dicitur de intellectu agen te q ſit in ſpermate & ſeminibus, & dicitur de primo motore q ſit in ambiente, quia attributio formæ ad materiã eſt attributio qua non eſt poßibile omnino q imagineturſeparatio ex parte qua ipſa eſt forma materialis, quia iſta eſt poſitio cõtradicens ſibi ipſi, quia unũ eorum quæ ſupponit habens iſtam ſcientiam, licet illud ſit per ſe notum, eſt q manifeſtum ſit ex diſpoſitione iſtius formæ naturalis q ipſa ſit continuata materiæ et ideo ipſa denuo fit & conſequitur in ſui nouitate ad tranſmutationem in eius natura. Ac etiam quando poſuerimus iſtam rem hoc eſt q ſit æterna ſiue poſuerimus eam tranſmigrantem de ſubiecto in ſubiectum aut ex non ſubiecto in ſubiectum, iſtud autem eſt magis ſeruans hanc poſitionem, quia ſi ipſa fuerit æterna quid eſt iſtud quod non inuenitur niſi in ſubiecto, & hoc autem ſequuntur plura mendatia. Quorum eſt q ens generaretur in ente in actu, quia ſi materia non fieret de nouo & forma etiam nõ fieret de nouo, non eſſet itaq; generatio omnino nec eſſet ibi adiuuans motorem & generantem, immo nõ eſſet ibi efficiens omnino ac etiã ſi poneremus formam inuentam ante eius inuẽtionem in materia demonſtrata non euadit quin ſit ſuum eſſe

tranſmutatio uel conſequens tranſmutationem, aut nõ eſſet ibi omnino tranſmutatio ad formam, ſed quando poſuerimus formam, q̃ non ſit ei tranſmutatio omnino, nec ſuum eſſe in materia demonſtrata conſequens tranſmutationem et ſic eius corruptio ſequitur q̃ ipſa una eadem res, ante generationem & ante eiuſdẽ corruptionem poſt generationem adeo q̃ ſint contraria inueniantur ſimul in ſubiecto uno ac ſi diceres formam aquæ & formam ignis totum autẽ iſtud eſt diuerſum intelligibili. Ac etiam ſi poſuerimus eius nouitatẽ tranſmutationem ex non yle ad yle, aut ex yle ad yle, ſicut dicunt tenentes tranſmigrationẽ ſequeretur neceſſario q̃ forma eſſet corpus & diuiſibilis ſecundũ id quod declaratum eſt, q̃ omne tranſmutabile ſit diuiſibile, & ſi iſtud ita fuerit non relinquitur, itaq; q̃ eius innouatio in yle ex quo eius eſſe eſt conſequens tranſmutationẽ ſicut apparet de diſpoſitione formarum generabiliũ quia unum eorum quibus perficitur generatio formæ aeris in materiã aquæ eſt per eſſe tranſmutationis præcedẽtis in aqua in innouatione formæ aeris, ſed iſta forma tranſmutatur propter ſuum eſſe in tranſmutabili non ex parte qua ipſa trãſmutatur in ſui eſſentia quia ipſe non eſt corpus neq; diuiditur, & ideo eſt q̃ fertur q̃ non ſit motus ſubſtantiæ, iam autem declaratum eſt totum iſtud in Phyſicis auſcultationibus. Ac etiã ſi poſuerimus iſtam formam immaterialem non eſſet eius innouatio in res, qua ſequatur augmẽtum præparationis ad recipiẽdum aliam formam neq; earũ perfectionem aliquibus ſecundũ quod dicitur, q̃ nutritiuũ ſit ſubiectum ſenſitiuo, ſenſitiuum autẽ eſt ei perfectio, quia

in forma inquantum forma eſt non eſt aliqua res apti tudinis et potentiæ, quia eſſe ſuum quod appropriatur ei eſt ex parte actus, actus autem & potentia ſunt con tradictoria, uerũtamen poßibile eſt q̃ inueniatur in ea potẽtia ſecundũ aliquam ſpeciẽ accidentis & hoc pro pter ipſam eſſe materialem, totum autem iſtud ſunt ra tiones quæ fiunt ibi cum eo qui negauerit eam eſſe nõ demonſtrationes quibus declaratur ignotum per no= tum. Semite autem iſtius ſpeciei ſermonis q̃ eis utantur in ſcientia Metaphyſicæ, quia illa ars eſt quæ intendit perſcrutari quod ſupponũt artes particulares ut prin cipia & prologomena, quando autem ſuppoſitum fue= rit iſtud habenti iſtam ſcientiã quia plures formæ ſunt materiales q̃ autem declaratum ſit iſtud de earum di= ſpoſitione, q̃ id de quo perſcrutatur habens iſtam ſcien tiam ſint formæ de quarum diſpoſitione dubitatur an ſint permanentes. Via autem qua poßibile ſit acquire= re præmiſſas proportionatas huic ſpeculationi in hac ſcientia eſt, eſt q̃ numeremus omnia prædicata quæ ad= ueniunt formis materialibus quatenus ipſe ſunt mate= riales quia eſſe earum in yle non eſt unius ſpeciei ſicut apparuit in eo quod præceßit, & apparebit in hoc li= bro, deinde aduertamus ad ea omnia, gratia exempli de anima rationali quia de ipſa extimatur inter poten tias animæ ſeparata, & ſi poneremus eam denomina= tam uno illorum eſſet manifeſtum q̃ non eſſet ſepara= ta, & ſic numeremus prædicata quibus approprian= tur formæ inquantum formæ ſunt non inquãtum ſunt formæ materiales, & ſi inueniretur ei ex illis prædica tum proprium declararetur q̃ ſit ſeparata ſicut dicit

Ariſtoteles, q ſi inueniatur animæ aut alicui eius partium actus aliquis ei proprius poſſibile eſſet q ſit ſeparata. Iſte autem eſt modus quo poſſibile eſt acquirere præmiſſas proprias huic ſpeculationi q eſt modus quo poſſibile eſt q perſcrutemur de hoc quæſito. Iſta enim perſcrutatio ordinatur de ſingulis partibus animæ poſt ſcientiam eius eſſentiæ, ſciẽtia enim eſſentiæ rei præcedit eius attributa. Et incipiamus ab eo, a quo ipſe Philoſophus incepit. Et dicamus q appareat, itaq; ex eo quod ſuppoſitum eſt in præcedenti q anima ſit forma corporis phiſici organici iſtud autem eſt quia quando omne corpus eſt compoſitum ex materia & forma, ea autẽ quæ ſunt talis diſpoſitionis in animali ſunt anima & corpus, & apparet ex diſpoſitione animæ q ipſa nõ ſit materia corporis Phiſici ſicq; eſt manifeſtum q ipſa ſit forma, & ex quo formæ naturales ſunt perfectiones primæ corporum quibus ſunt formæ ſicq; eſt neceſſarium idquod dictum eſt in definitione animæ q ipſa ſit perfectio prima corporis organici, dicimus autem primam ut caueatur a perfectionibus ultimis quæ ſunt actionum & paſſionum, quoniam iſte perfectiones ſequuntur perfectiones primas, quia ordinantur ab illis, ſed quia apparet de iſta diſinitione q dicatur analogice de omnibus potentijs animæ, & hoc, quia dictum noſtrum de nutritiuo q ſit perfectio eſt alia intentio q̃ dicti noſtri huiuſmodi de ſenſitiuo & extimatiuo, & dignius eſt q dicatur iſtud equiuoce de potẽtia rationali, & ſic de reliquis partibus diſinitionis non eſt ſufficientia ad notitiam ſubſtantiæ cuiuſcunq; partium iſtius diſinitionis perfecte adeo q ſciatur quid ſit perfectio inuenta

Animæ diff°

uenta animæ nutritiuæ & ſingulis earum ſenſu autem apparet de iſta anima ex eis operationibus q̃ eius genera ſint quinq;, quorum primum prius tempore quæ eſt prioritas materialis eſt anima uegetatiua. Deinde ſenſitiua, deinde phantaſtica deinde rationalis, deinde concupiſcibilis quæ comprehendit ambas iſtas potentias hoc eſt phantaſticam & ſenſitiuam, ſenſitiuæ autẽ ſunt quinq; potentiæ. Potentia uiſus & potentia auditus & potenta olfactus & potentia guſtus & potẽtia tactus. Sicq; declaratum eſt q̃ earum numerus ſit iſte numerus neceſſario. Et q̃ impoſsibile ſit q̃ inueniatur una potentia ſenſus præter iſtas. Iſtis autem potentijs non ſolum inuenitur diferentia per earum operationes, ſed etiam quia quædam earum diſtinguntur ab aliquibus ſpeciebus & hoc quia uegetatiuum inuenitur in plãtis abſq; ſenſitiua, et ſenſitiua inuenitur abſq; phantaſtica in pluribus animalium, ſicut ſunt muſcæ et reliqua eorum licet non inueniatur diſpoſitio econuerſo, hoc eſt q̃ inueniatur ſenſitiua ſine nutritiua, aut phãtaſtica ſine ſenſitiua, huius autem cauſa eſt, quia quod illorum procedit ſemita materiæ ſecundum partem nõ eſt poſsibile illi parti q̃ diſtinguatur ab eius materia, poſsibile autem fuit potentiæ quæ ordinatur, a potentia illa ultima ordinatione materiæ quæ ſeparetur, ſed non ex parte qua fuerit materia rei, ſed ex parte qua eſt perfectio & complemẽtum rei cuius eſt perfectio, et ideo impoſsibile ẽ materiæ primæ q̃ ſeparetur, quia non eſt ei forma in actu qua ſit apta recipere formas alias, fuit autem impoſsibile iſtud in compoſito, quod ex parte eſt yle & ex parte eſt forma, nos autem inci-

Anima uegetatiua, cæteris prior.

Animæ ſenſit. potentia.

piamus de iſtis potentijs in eam quæ eſt uehementioris prioritatis temporis quæ eſt prioritas materialis potentia autem cuius talis eſt denominatum eſt anima nutritiua. Et ordiamur ſermonem ab illa.

SERMO DE POTENTIA NVTRITIVA.

POtentia quæ dicitur ſecundum quandam ſpeciem analogiæ de habitibus et formis quando nõ utuntur ſicut dicitur de igne q; ſit comburens in potentia quando non inuenitur ei conueniens materia combuſtioni. Et de potentijs paſsiuis ſicut dicitur de pane q; ſit ſanguis in potentia, & de ſanguine q; ſit caro in potẽtia, et hoc quando non inuenitur huic materiæ mouens, hæc autem uirtus nutritiua eſt generis uirtutum actiuarum. Et hoc quia ex quo nutrimentum eſt duarum ſpecierum quarum una eſt quæ eſt in actu & eſt quando commutatum eſt in ſubſtantiam, nutrit autem quod eſt in potentia ſicut eſt dictum in pluribus locis q; ipſum conuertatur ad perfectionem propter mouens quod eſt in actu, ſed ex quo potentia etiam eſt duarum ſpecierum propinqua & remota, potentia autem remota nutrimẽti mouens ipſum neceſſario eſt alia ab anima nutritiua, quæ eſt in elementis q; ſit caro. Potentia uero propinqua eſt ſicut dicitur ex pane q; ſit nutrimentum in potentia, mouens autem ipſum eſt anima nutritiua & ideo illa eſt in ipſa neceſſario potentia agere. Dictum itaq; eſt, quomodo ſit actio & paſſio uniuerſaliter en-

iſto motu, & in alijs motibus in primo libro Perygene
ſeos, & dictum itaq; eſt ibi q̃ patiens oportet q̃ ſit ex
aliqua parte ſimile & ex aliqua parte contrariū, actio
uero quæ inuenitur in nutrimento q̃ ſit ſecundum ſub
ſtantiam eſt nota per ſe. Iſta uero potentia nutritiua q̃
ſit anima eſt itaq; nota ex quo ipſa eſt forma corporis
organici & ipſa uniuerſaliter facit id quod eſt pars
membri organici in potētia partem membri organici
in actu, manifeſtum autem eſt q̃ talis motio non attri=
buatur igni. Inſtrumentum uero quo iſta potentia fa=
cit nutritionem eſt calor neceſſario & non quicunq; ca
lor contigerit ſed calor conueniens iſti actioni qui uoca
tur naturalis, et hoc quia iſta anima prout apparet de
eius diſpoſitione facit partem membri membrorum nu
triti, membra autem ſunt compoſita ex elementis, cō=
poſita autem ex elementis fiunt unum ſicut declaratū
eſt per complexionem, complexio autem ſit per calo=
rem ſicut dictum eſt in Metherologicis. Igitur calor eſt calore nō ē
inſtrumentum conueniens iſti actioni, & non eſt iſte animā, ut
calor ipſa anima ſicut putant Galenus et alij ab eo, q̃a Galꝰ
calor non eſt ordinatus neq; terminatur neq; efficit ad
finem intentum ſicut eſt iſtud euidens de actionibus ani
mæ, neq; eſt poſſibile q̃ iſte ordo attribuatur calori per
accidens ſicut putant opinantes plures antiqui. Iſte au
tem calor eſt ſubiectum proximum primum animæ
iſtius, qui præcedit ad ipſam ſecundum ſemitam mate
riæ, & illa eſt res quæ neceſſario accidit omni mouēti,
quod non eſt corpus & eſt in corpore quando moue=
rit aliud corpus hoc eſt q̃ eius mouere illud eſt ex par
te qua inuenitur in corpore cuius eſt forma & ſi non,

nõ eſſet poßibile ei q̃ moueret aliud corpus ſicut eſt diſpoſitio animæ nutritiuæ & nutrimenti & animæ mouentis corpus animalis ſecundum locum ſicut uidebitur poſtea: Cauſa uero finalis propter quam inuenitur iſta potentia animali & plantis eſt cõſeruatio, & hoc quia corpora animata ſunt tenuia rara uelocis diſſolutionis & niſi eſſet eis potentia cuius ſemite ſit q̃ commutet cambium eius quod reſolutum eſt ex eis non eſſet poſſibile animationi q̃ permaneret tempore quod eſt alicuius longitudinis, quando autem totum iſtud fuerit de diſpoſitione iſtius potẽtiæ ſicut deſcripſimus. Igitur iſta potentia eſt potentia cuius ſemite eſt q̃ conuertat per calorem naturalem ut ſic partem membri in actu ut conſeruet per hoc animato eius permanentiam, & ideo error actionis huius potentiæ eſt mors, hic autem eſt alia potentia attributa plantis quæ eſt ſicut perfectio & forma potẽtiæ nutritiuæ, quia impoßibile eſt q̃ inueniatur uacua a nutritiuo, nutritiuum autem poteſt eſſe uacuum ab illa, quæ eſt potentia augmẽtatiua, iſta autem potentia eſt potentia cuius ſemite eſt q̃ nutrimentum generet ex nutrimento pluſquam diſſoluitur ex corpore q̃ augmentet membra ſecundum omnes eorum partes et ſuos diametros ſuper quibus eſt una, manifeſtum autem eſt iſta potentia diferat quidditatiue, a nutritiua, quia actio augumenti eſt alia ab actione conſeruationis, q̃ uero iſta potentia ſit potentia agens eſt manifeſtum ex eo quod deſcripſimus de ipſa. Ac etiã itaq; ipſam eſſe animã, cauſa uero finalis propter quã inuenitur iſta potẽtia eſt quia corporibus naturalibus ſunt dimenſiones terminatæ, & impoßibile fuit corpo

ribus animatis ꝙ inueniatur eis ab initio rei magnitu=do quæ appropriatur eis indiguerunt hac potentia, & ideo quando fuerit magnitudo quæ eſt eorum naturaliter ceſſat iſta potentia, & manifeſtum etiam eſt ex eo quod dictum eſt de anima nutritiua ꝙ inſtrumentum iſtius potentiæ ſit calor naturalis, qualiter uero fit iſte motus & quo appropriatur ſermo de hoc in libro Perygeneſeos, & non ſolum iſta actio attribuitur iſti animæ hoc eſt augmentatio ſed etiam eius contrariũ, hoc eſt diſſolutio, quia iſta potentia etiam eſt terminata ordinata, & hoc, quia quando contigerit, contingeret ſecundum omnem punctum & partem ſenſatam partiũ eius æqualiter. Nec eſt poßibile ꝙ iſta diſſolutio attri=buatur ei quod eſt extrinſecum ſolum. Et ex quo iſto=rum corporum animatorum quædam ſunt propagatiua, & quædam non ſunt propagatiua. Propagatiua autem ſunt quibus eſt poßibile ꝙ ſint qualia ipſa ſecundũ ſpeciem aut ſimilia eis, et hoc per id quod inuenitur ex eis de ſeminibus & ſpermate. Igitur eſt alia potentia quæ facit ex nutrimẽto id cuius ſemite eſt ꝙ generetur ab ea quale eſt ſingulare cui inuenitur iſta potentia. Et declaratum eſt ex hoc ꝙ iſta potentia ſit agens & ꝙ ſit anima, & ꝙ eius inſtrumentũ ſit calor naturalis, quia non eſt diferentia inter iſtam potentiam & potentiam nutritiuam. Iſtius autem potentiæ ſemite eſt ꝙ faciat id quod eſt in potentia ſingulare ſue ſpeciei ſingulare in actu, nutritiua uero facit partem ſingularis, ſed nutritiuam non oportet introducere mouens ab extra, quia eius actio fuit in corpore ꝙ eſt per ipſam potentiæ uero propagatiuæ quia ipſius actio eſt in corpore ſepara

to, & non eſt poſsibile q aduenia corpori ſeparato do nec ſit in ſemine & ſpermate in actu, neceſſarium itaq; eſt id q oportuerit introducere mouẽs ab extra, quia impoſsibile eſt q dicamus q ille largiatur ſpermati & ſeminibus aliquam rem præter calorem cõuenientem generationi cuius proportio ad motorem generantem ſit proportio caloris naturalis ad animam nutritiuam, totum autem iſtud iam declaratũ eſt in ſermonibus de generatione animalium. Igitur quando dicimus de iſta potentia q ſit id cuius ſemite eſt q faciat id quod eſt in potentia aliquod ſingularium ſpeciei ſingulare in actu, nõ intendimus, q illa ſit mouẽs primum huius actionis ſicut eſt anima nutritiua ſue actionis, ſed intendimus q ſit in potentia cuius ſemite eſt q largiatur inſtrumentum quo ſit iſta actio, eſſe uero iſtius potentiæ in rebus in quibus eſt non ſecundum modum neceſſarium ſicut eſt diſpoſitio uirtutis nutritiuæ & augmentatiuæ, ſed ſecundum modum melioris ut ſit iſtis entibus pars permanentiæ æternæ ſecundum q ſue naturæ eſt poſsibile, quia propinquior ipſi eſſe neceſſario, ſecundum ſingulare eſt iſtud eſſe largitum eſt iſtud ab initio rei eſſe & uirtus conſeruans & potentia qua cõſideratur ſuũ eſſe, non propagantibus uero non fuit largitum eis niſi ſuum eſſe ſolum, quia impoſsibile fuit eis pluſquã iſtud. Hæc itaq; ergo ſunt tres potẽtiæ. Prima eſt nutritiua quæ eſt in materia ad duas iſtas potentias hoc eſt augmentatiuã & propagatiuam, quia iã inuenitur, itaq; nutritiua ſine illis ille autem non inueniuntur ſine nutritiua, propagatiua eſt ac ſi eſſet perfectio potentiæ augmentatiuæ, & ideo eſt q natura ponat ſuperfluum

nutrimenti quo fiebat augmẽtum apud perfectionem augmenti ad generationem & fiunt ex illa ſemina & ſperma. iſta autem potentia hoc eſt potentia gignitiua impoſsibile eſt etiam q̃ ſeparetur a nutritiua, iſtud autẽ fit in ultimo uitæ, ſeparatio uero nutritiuæ eſt itaq; mors ſicq; declaratum eſt ex hoc ſermone quid ſit anima nutritiua & augmẽtatiua & propagatiua & quæ ſint ſua inſtrumenta; & quare unaquæq; earum fuit in corpore animato. Sicq; loquamur de potentia una ſuccedenti alteri in animali quæ eſt potentia ſenſus.

SERMO IN POTENTIA SENSITIVA.

Manifeſtum eſt de intentione iſtius potentiæ q̃ ſit potẽtia paſſiua ex quo aliquando inuenitur in potentia & aliquando in actu, iſtius autem potentiæ quædam eſt propinqua, & quædam remota. Remota eſt ſicut potentia embrionis q̃ ſentiat & propinqua eſt ſicut potentia dormientis & claudentis oculos q̃ ſentiat, manifeſtum autẽ eſt ex eo quod præmiſſum eſt, q̃ id, quod eſt in potentia ex parte qua eſt in potentia attribuitur materiæ, & exitus potentiæ ad actum ſit tranſmutatio aut conſequens tranſmutationem, & q̃ cuilibet tranſmutabili ſit tranſmutans & mouens, quod mouens largiatur quod eſt in ſe ipſo, quando autẽ iſtud ita fuerit conuenit itaq; q̃ ſciatur de diſpoſitione iſtius potentiæ, quod eſſe ſit ſuum eſſe, & quod ſit mouens ipſum, et quo modo recipiat motionem. Dicamus

autem q̃ potentiæ quidem remotæ (quæ eſt in embrione) iam declaratum eſt quod eſſe ſit ſuum eſſe in libro de Animalibus & q̃ mouens ipſum neceſſario ſit aliud a mouente potentiam propinquam quia per hoc duæ potentiæ ſunt duæ, mouens autem hic iam declaratum eſt in libro de Animalibus, manifeſtum autẽ eſt ex diſpoſitione mouentis potentiæ propinquæ q̃ ſint ſenſatæ in actu, id autem quod cõuenit hic inquirere eſt, Quod eſſe ſit eſſe iſtius potentiæ & quo modo recipiat tranſmutationem ab ipſis ſenſatis. Et dicimus q̃ manifeſtum ſit ex eo quod præmiſſum eſt, q̃ potentia dicatur de tribus ſpeciebus. Prima eſt ſecũdum prius, et uere & eſt potentia attributa materiæ primæ, quia materiæ eſt eſſe ex parte qua eſt potentia ſimpliciter, et ideo impoſſibile eſt phantaſiæ q̃ diſtinguat iſtam potentiam ſecundum genus, a forma quæ primo comprehendit ipſam immo quando expoliatur a forma quæ eſt in materia induit aliam formã ſui generis ſicut eſt diſpoſitio aquæ & ignis. Et uniuerſaliter corporum ſimplicium deinde poteſt eſſe potẽtia quæ inuenitur formæ iſtorũ corporum ſimplicium ad formas corporum ſimilarium partium. Iſta autem potentia eſt poſterior altera, quia poſsibile eſſet eis q̃ ſepararetur forma rei quæ prædominatur eis ſecũdum genus. Ac etiam qñ recipit perfectionem & actum non auferunt eorum formam ablatione perfecta ſicut eſt diſpoſitio quæ inuenitur corporibus ſimplicibus, & ideo non dicemus q̃ formæ quæ ſunt in potẽtia in corpore ſimilarium partium ſint eo modo quo dicimus q̃ aqua ſit in potentia aer uel ignis ſed ſecundum ſemitam mediam ſicut declaratum eſt in

libro

libro Perygeneſeos, ſemite autem huius potētiæ ſecundæ eſt actus quidam, quia cauſa ſui eſſe fuit ipſa potentia prima coniuncta formæ ſimplici ad ipſam ſolā potentiam, deinde ſuccedit ſecundum gradum iſti ipſa potentia quæ inuenitur quibuſdam corporibus ſimilariū partium ſicut potentia quæ eſt caloris naturalis, gratia exempli aut eius quod proportionatur ei, qui ponitur in plantis et animalibus animæ nutritiuæ. Diſtinguitur autem iſta potentia, a potentia quæ eſt formarum elementorum ſupra corpora ſimilarium partiū quia iſta potentia, quando ſuſceperit quod eſt in actu non tranſmutatur ſubiectum ſecundum aliquam ſpeciem tranſmutationis neq; parum neq; multum, & ideo corruptio huius non eſt in contrarium, ſed in priuationem ſolum. Potentia autem iſta iam magis proprie aſſimilatur actui, & ideo eſt quod dicitur q; illa forma complexionis habentis ſemitā ſui ſubiecti ad recipiendum iſtā perfectionem ſit altera duarum rerū aut anima in propagatis habentibus animam aut calor ſtellarum in non propagatis, ſed quando iſta potentia inuenitur ſecundum ſui perfectionem in plantis non inuenitur ei præparatio ad recipiendum aliam formam, quando uero inuenitur in animali inuenitur ei præparatio ad recipiendum aliam formam quæ eſt forma ſenſitiua. Iſtud autem accidit ei ex parte diuerſitatis et præparationis eius ſubiecti in plantis & animalibus non ex parte qua eſt potentia. Iſta autem præparatio quæ inuenitur potentiæ nutritiuæ ad recipiendum ſenſata quæ eſt perfectio ſenſus eſt ſpecies ſubiecti propinqui & præter animam nutritiuam et non eſt in ſe aliqua res præter

præparationem quæ inuenitur animæ nutritiuæ et iſta potentia & iſta præparatio eſt ac ſi eſſet aliqua res in actu niſi quod non eſt ſecundum eius ultimam perfectionē quia ultima eſt animalis dormientis qui iam apparet quod ſit habens animam ſenſitiuam in actu & ideo eſt quod aſsimilet Ariſtotiles iſtam potentiam potentiæ quæ eſt in ſciente quando non operatur, ſed non eſt in potentia ex parte qua eſt in actu, quia id quod eſt in potentia eſt aliqua res quæ non eſt aliqua res in actu ex hijs quibus eſt potentiale, quia potētia & actus contradicunt, ſed ex quo potentia non denudatur ab actu ſequitur quod ſit aut actus quidam imperfectus aut quod inueniatur coniuncta aliæ formæ tranſmutabili ad formam quam cōprehendit abſq; quod ipſa in ſe ſit aliqua res, quando autē potentia fuerit habens formam eſt itaq; forma quæ eſt in ſubiecto contraria formæ peruenienti & corrumpitur forma ſubiecti in eius aduētu aut corruptione perfecta ſicut eſt diſpoſitio formarum ſimplicium aut corruptione imperfecta ſicut eſt diſpoſitio formarum ſimplicium in aduentu formarum corporum ſimilarium partiū. Aut non eſt inter eas contrarietas omnino neq; tranſmutatio, ſed proportio perfecta & remanet ſubiectum cum ſui perfectione ſecundum eius diſpoſitionē quæ eſt ante perfectionem ſicut eſt diſpoſitio potentiæ quæ eſt addiſcentis ad diſciplinam. Potentia uero quæ eſt actus imperfectus nō indiget in ſuo eſſe forma quæ ſit ens niſi per accidens ſicut eſt diſpoſitio animæ nutritiuæ cum ſenſitiua quæ eſt perfectio prima, & manifeſtum eſt ex hoc, quod iſta potentia hoc eſt perfectio prima ſenſus ſit diſtincta ſecundum gradum ab illis poten.

tijs quæ præceſſerunt, quia eius ſubiectũ non eſt forma complexiona'is, ſed anima quædam & ideo quorũ receptionis iſtius potentiæ perfectio ultima ab eius motore non ex genere receptionis potentiarum materialiũ quas numerauimus: ipſorum perfectiones ſunt ex eorum motoribus, quia mouens ibi largitur materiæ formam ſimilem formæ quæ inuenitur in ea & ſecundum diſpoſitionem qua inuenitur in ea, uerbi gratia quia quando ignis facit alium ignem & conuerteret ipſum in actu largitur illi ſubiecto formam ſimilem eius formæ, & ſit diſpoſitio eius eſſe in materia eadem diſpoſitioni ipſius eſſe formæ agẽtis in ſua materia, diſpoſitio uero potentiæ ſenſus non eſt ſic, eſſe enim uiſibilis grã tia exempli in iſta potentia eſt eadem ſuo eſſe extra animam, quia eius eſſe extra animam eſt diuiſibile ad diuiſionem materiæ, eſſe uero eius in potentia ſenſitiua non eſt diuiſibile omnino ad diuiſionẽ eius materiæ & ideo poſsibile eſt ei q̃ perficiatur in corpore maximo & minimo ſecundum aliam diſpoſitionẽ & in alio ſubiecto adeo q̃ ſit gratia exempli humiditas glatialis cum eius paruitatem recipit medium ſphæræ orbis & conducit ipſum in ipſam potantiam ſicut reciperet formam corporis minimi, ſi autem iſta perfectio diuideretur ad diuiſionem materiæ non eſſet hoc ei. Ac etiam nos inuenimus iſtam potentiam q̃ perficiatur duobus contrarijs ſimul in uno ſubiecto & iudicat de ambobus per potentiam uiſiuam, quæ comprehendit nigredinẽ & albedinẽ ſimul, & ideo ſenſata habent nobilius eſſe in iſta potentia q̃ ſit eis in ſua materia, ſed ſingulis eſt quodam modo proportio ad ſuam materiam licet non

eſſet intellectus ſicut declarabimus poſtea, apud ſermonem de potentia rationali. Et iſte eſt primus gradus quo expoliantur formæ materiales, iſta ergo potentia eſt cuius ſemite eſt q perficiatur per ſpecies rerum ſenſatarũ hoc eſt potentia ſenſitiua ex parte qua ſunt res ſingulares, & manifeſtũ eſt ex hijs quæ diximus q talis forma qualis eſt iſta ſenſitiua ſit generabilis corruptibilis quia aliquando inuenitur in potẽtia & aliquando in actu. Id autem quod eſt in potentia ex parte qua eſt in potentia ipſum eſt nouum quia potentia eſt proprior quacunq; cauſa nouitatis. Ac etiam ſi iſtud uiſibile gratia exempli eſſet eternũ eſſet ens ante eſſe eius, & eſſent accidentia ſeparata, & non eſſet ſenſatis ingreſſus ad comprehenſionem adeo q eſſet ſenſatio in ſua ablatione & ſuo eſſe ſecundum unam diſpoſitionẽ, totum iſtud autem eſt abſonum. Ac etiam aliquo modo fit inſtrumento corporeo quia eius ſubiectum hoc eſt anima nutritiua eſſet forma in materia & ideo aduenit ei error & non perficitur eius operatio niſi p mẽbra terminata, quia uiſio quidem fit per oculum & auditus per aurem. Poſtquam autem iam diximus, quid ſit anima ſenſitiua ſimpliciter conuenit poſtea q procedamus in ſermonem de unaquaq; potentiarum eius, & dicamus q prima iſtarum potentiarum ſecundum eſſe in tempore eſt potentia tactus & ideo aliquando inuenitur iſta potentia denudata, a ſenſibus ſicut inuenitur iſtud in ſpongia marina & alijs ex hijs: quæ ſunt medij eſſe inter plantam & animal, & non inueniuntur reliquæ potentiæ denudate ab eis, fuit autem iſtud ita, quia iſta potentia eſt magis neceſſaria ad eſſe ani=

malis reliquis potentijs ſenſus, quia niſi eſſet illa poten tia corrumperent ipſam res quæ ſunt ab extra, & tan to fortius cum translatione. Poſt potentiā autem iſtā eſt potentia guſtus, quia ille etiam eſt tactus. Ac etiam ipſa eſt potentia qua animal eligit cibum conuenientē ab inconuenienti. Deinde eſt potētia olfactus quia iſta potentia utuntur animalia ad accipiendum ſignificatio nem ſupra cibū ab omni alia re ſicut eſt diſpoſitio apū & formicarum & uniuerſaliter iſte potentiæ ſunt po= tentiæ magis neceſſariæ ad eſſe animalium, potentia ue rò auditus & uiſus inueniuntur in animalibus ex par= te melioris non ex parte neceſſarij, & ideo animal di= ctum talpa non habet uiſum. Conuenit autem antequā declaremus ſermonē de iſtis ſenſibus ꝙ præponamus de intentione ſenſatorum id quod pertinet ſermoni de ſingulis iſtis potentijs. Nos autem procedemus ut plu rimum huius in hac ſcientia ſicut multotiens diximus a notiori nobis ad notius naturæ, & dicimus ꝙ rerū ſen ſatarum quædam ſunt propinquæ & quædam remotæ Propinquæ quidem numerantur in eis per accidens, il larum autem quæ ſunt per ſe quædam ſunt propriæ ſin gulis ſenſibus, & quædam communes pluribus uno ſen ſu, proprie autem ſunt, ſicut uiſibilia uiſus, et ſonus au ditus & ſapores guſtus, & ſpecies odoris olfactus, & calor & frigus tactus. Communes uerò ſunt motus & quies, & numerus & figura & dimenſio, motū uero & numerum comprehendunt oēs quinq; ſenſus. Iſtud autem eſt manifeſtum ex ſua diſpoſitione, figura uero & dimenſio ſunt cōmunes uiſui & tactui ſolum, error autem cadit ut plurimū ſenſibus in iſta ſenſata commu

nia ſicut extimatur ab aliquo quando progreditur per flumen q labia eius moueantur, ſenſata uero per accidens ſunt ſicut ſentitur q hoc ſit mortuum & hoc ſit uiuum, & iste ſit Socrates & ille Plato, in iſta autem ſenſata magis inuenitur error q̃ in alia ab eis ſicut declarabitur, & ideo aliquando oportet ad ſuam cognitionem q utantur pluribus uno ſenſu ſicut ſimili utuntur medici in eo cuius uene clauſe fuerint q aliquando phlobotoment ipſum & aliquando apponunt plumam ſupra eius nares, ut in eis appareat ſignũ anhelitus. Poſtquam autem iam iam declaratum eſt quæ ſint ſenſáta propria & communia incipiemus primo in ſermone de potentijs quæ appropriãtur ſingulis ſenſatis appropriatis, & rurſus poſtea procedemus ad potẽtiam cuius ſenſata ſunt communia qui ſenſus communes intitulantur & incipimus ſecundum eorum uſum ex ſermone de uiſu.

SERMO DE POTENTIA VISVS.

ISta autem potentia eſt potentia cuius ſemite eſt q recipiat ſpecies uiſibiliũ denudatas a materia ex parte qua ipſe ſunt res ſingulares iſtud autem eſt manifeſtum ex eo quod præmiſſum eſt q ipſa cõprehendat contraria ſimul ſicut diximus. Id aũt quod reliquum eſt nobis ex eius diſpoſitione eſt q dicamus qualis ſit iſta receptio & in qua re ſit, et uniuerſaliter omnes res quæ conſtant hac comprehenſione. Et dicimus ex quo quædam ſenſata tangunt ſenſus & offendunt eos ſicut ſunt ſenſata tactus & guſtus & quædam

eorum non offendunt neq; tāgunt ſicut eſt uiſus & auditus & olfactus. Iſta autem ſenſata mouent ſenſus & extrahunt eos a potentia in actum, mouens autem ſicut declaratum eſt quando fuerit mouēs propinquum mouet quando tangit mobile, & ſi eſſet remotum moueret mediante alio corpore uno aut pluſquam uno, et iſtud quod mouet illud quod ſuccedit ei donec finiatur motio in ultimum, & intendo hic per motionem tranſmutationem ſimpliciter æqualiter ſiue fuerit talis trāſmutatio in tempore ſiue non fuerit ſecundum aliquam diſpoſitionem eius. Sicq; neceſſarium eſt ꝙ iſti tres ſenſus habeant medium quo recipiant ſenſata, & non ſit iſtud medium cuiuſq; diſpoſitionis contigerit ſed oportet ꝙ neceſſarium ſit ſecundum diſpoſitionē qua ſit poſſibile ei ꝙ recipiat motionē ab ipſis ſenſatis adeo ꝙ producat ea ad ſenſus, iſta autem diſpoſitio non eſt aliqua res niſi ꝙ in ſe ſit priuatur iſtis ſpeciebus quas recipit a ſenſatis adeo ꝙ ei non ſit color neq; odor. Et eius receptio ipſius ſit ſecundum modum proportionatum receptioni ſenſus hoc eſt ꝙ eius receptio non ſit materialis, ſed ſecundum quandam ſpeciem mediationis inter materialem & ſpiritualem, & iſta etiam eſt una rerum quæ coegit illud eſſe medium, natura enim agit ſecundum quoſdam gradus & ideo quando cōtinuantur ſenſata ſupra organum, ſenſus non comprehendit, & iſta eſt diſpoſitio aquæ & aeris quibus mediantibus cōprehenduntur iſta ſenſata, euidēs itaq; eſt ex hoc ſermone indigentia iſtorum trium ſenſuum medij, & cuius diſpoſitionis uniuerſaliter ſit cōueniens eſſe, & ꝙ impoſſibilis ſit uiſio neq; ulla iſtarum comprehenſionum in

uacuo ſicut uiſi ſunt ſibi prædeceſſores antiqui. Conuenit autem q̃ redeamus ad id quod appropriatur uiſui, & dicamus q̃ corpus cuius ſemite eſt q̃ recipiat colorem ex parte qua illud eſt non habens colorem, eſt corpus tranſparans ex parte qua eſt tranſparens, iſta autem receptio eſt duarum ſpecierum aut receptio materialis ſicut eſt diſpoſitio colorum in ſua materia aut receptio media inter materialem et ſpiritualem, ſicut eſt diſpoſitio impreſsionis colorem in aere & aqua, iſta autem ſpecies receptionis eſt ex parte qua per eã iſta duo elementa tranſit uiſus ſolum, & ob iſtam cauſam eandem in organo huius comprehenſionis qui eſt oculus predominans partium eius eſt aqua & aer, ſed apparet de re iſtorum corporum tranſparentium q̃ recipiant colores quando ſunt tranſparentia in actu, hoc eſt eis exiſtentibus lucidis, et ideo impoſsibile eſt q̃ uideantur in potentia, & ſi ſint tranſparentia in actu cum cõſtantia lucidi. Sicq; ergo accidit uiſio propter iſta duo elementa & per lucidum. Modus uero quo tranſit iſta duo elementa iſta potentia iam declaratum eſt. Quo modo uero lux faciat hoc cõuenit q̃ declaremus iſtud poſtquam declarauerimus prius, quot ſint corpora lucida? & quid ſit lux? Et quid recipientia lumen? Dicimus autem q̃ corpora lucida ſecundum prius ſunt duarum ſpecierum corpus diuinum et ignis, niſi iſtud eſſet per ſe corporis diuini & per accidẽs ignis & ideo nõ lucet in ſuo loco, ſicq; dicitur lucidum etiam ſecũdum poſterius de omni eo cuius ſemite eſt q̃ recipiat lumẽ ab alio, & poſtea lucet omne ex ſe, dignius autẽ quocunq; de quo dicitur luminoſum eſt id cuius ſemite eſt

q̃ ponat

ꝙ ponat aliud ab eo uiſibile & non ſit eius lumen per reflexionem ſicut eſt diſpoſitio lunæ. Id uero quod lucet in ſe ſicut ſunt compoſita ex coopertorijs piſcium quæ lucent nocte, & aqua quæ procedit ad remos. Nõ eſt autem quod dictum eſt de iſtis remis ꝙ ipſi luceant ex quo ſit eis natura ignea in ſingulis rebus ſicut narrauit hoc Themiſtius nomine doctoris Alexandri, quia largitio luminis inuenitur in cõplexione ex parte qua eſt color & ideo ipſa non habet colores niſi ſecundum æquiuocationis nominis, declarabimus itaq; iſtud magis in libro de Senſu et Senſato. Ac etiam itaq; apparet ex diſpoſitione iſtorum, ꝙ ſint econtrario colorũ quia illa uidẽtur de tenebris. Colores aũt in luce ſolum, adeo ut dicamus, ꝙ proprietatis coloris ſit ꝙ moueat ipſum tranſparens in actu, & magis euidẽs ex hoc ꝙ putetur ꝙ luceant eſt ex parte qua recipiũt reflexionem, quia naturalia ſunt uiſibilia licet impoßibile ſit ꝙ illuminẽt alia & iſto modo uides oculos multorum animalium ꝙ luceant noctu, aut dices, ꝙ diſſoluatur ex eis in tenebris aut ſemite eorum eſt ꝙ recipiant ab eis talem uiſionẽ. Perſcrutatio autem huius eſt incõueniens in hoc loco, quia ultimum ſermonis de iſtis rebus eſt in libro de Senſu & Senſato. Lux uero ex quo eſt non corpus omnino ſignum eſt ꝙ diffundatur ſecundum eius totalitatẽ in omnibus corporibus tranſparentibus & fiat ſine tẽpore & non eſt eius cuius talis eſt ſemita ꝙ ſit ſeparatum, non eſt lux aliqua res præter perfectionem tranſparentis inquantum eſt tranſparens. Lucidum autem eſt quod recipit lucem. Lux autem efficit lumen in luminoſo quando fuerit habens terminatũ ſitũ ad ipſum

D

& menſuram terminatam, manifeſtum aũt eſt. Quod lumen ſit perfectionum quæ non diuiduntur ad diuiſionem corporis neq; perueniunt tempore, ſed quando totum iſtud fuerit ita, utinam ſcirem quo modo ſit luci ingreſſus ad perfectionem iſtius comprehẽſionis, iſtud autem eſt poßibile q imaginetur altero duorum modorum, aut q ſit lux quæ largitur corpori medio præparationem qua eſt poßibile q recipiat colores ſolum cum hoc q conducat eos ad ſenſum quæ eſt tranſparentia in actu, adeo q recipiens colorem moueat tranſparens ex parte qua tranſparens in actu ſuccedenti in potentia mouentibus uiſum ſecundum modum quo dicimus de ſciente q ſit doctor in potentia quando nõ eſt ei diſcipulus, aut inuenirẽtur colores in tenebris in potentia uera adeo q lux ſit mouens ipſos a potentia in actum. Et dicamus q iam declaratũ eſt in libro de Senſu & Sẽſato q color ſit mixtio corporis recipiẽtis tranſparentiam in actu qui eſt ignis cum corpore cui impoſſibile eſt q recipiat tranſparẽtiam quæ eſt terra, quando autem iſtud ita fuerit color itaq; eſt lux quædam ipſe autem perficitur neceſſario ſecundum aliquam ſpeciem per lucem quæ eſt ab extra et corroboratur, ſicq; uidetur, quia quando nos aſpicimus colores unos et eoſdem in umbra, & in ſole & cũ ambitu nubium ſuper eos & eorum detentione, uidimus eos ſecũdum ſpecies diuerſas ſecundũ magis & minus. Iſtud autẽ eſt ex hijs quæ ſignificant q perficiantur per lucem quando fuerit extra, & ideo eſt quod dicitur q lux ſit efficiens uiſum. Ac etiam quando ſupponeremus q luci non ſit ingreſſus in uiſum præter q ipſa largiatur media præpa

ratione quod recipit colores quæ eſt tranſparentia in actu, ſequeretur q̃ color qui eſt lucidū ſicut diximus moueat lucidum ex parte qua eſt lucens, iſtud autem eſt mendatum ſicq; iam declaratum eſt ex hoc ſermone quid ſit iſta potentia & quo modo comprehendit et qualiter comprehendit, ſermo autem de eius obiectis qui ſunt colores locus cõuenientior eſt in libro de Senſu & Senſato.

SERMO DE AVDITV.

Potentia iſta eſt potentia cuius ſemite eſt q̃ perficiatur per diſpoſitiones ſpecierum quæ nouiter fiunt in aere colliſione corporum ad ſe inuicem qui dicuntur ſoni, totum autem iſtud iam eſt declaratum ex eo quod præmiſſum eſt, ſed in qua re ſit iſta comprehenſio & ex quo ſit, & modus quo ſit nos loquemur de eo, res uero ex qua ſit eſt colliſio corporum in ſe inuicem, ſed non ſit ſonus ſuper quocunq; corpore contigerit neq; quacunq; colliſione contigerit, ſed oportet q̃ collidens ẽt colliſum ambo ſint dura & q̃ motus collidẽtis & colliſi ſit uelocior impulſione aeris, quia quando nos oppugnare faceremus corpus in ultimo duritiei cũ alio corpore in ultimo duritiei etiam cum quiete & lento paſu non ſit ex hoc ſonus cui ſit menſura. Sicq; etiam niſi corpora collidentia & colliſa eſſent dura aut nõ fieret ex hoc ſonus omnino aut ſi fiat ſit cum uehementia motus ſicut accidit hoc ex loris quibus uerberatur. Adiuuant autem itaq; nouitatem ſoni figuræ colliſorum ac ſi eſſent uacua aut

lata,ſicq; nos declarabimus cauſam totius iſtius, iſtud autem quo fit iſta comprehenſio eſt aer & aqua, totũ autem iſtud eſt quia iam declaratum eſt ꝙ iſtud ſenſatum ſit neceſſario ex illis ſenſatis quæ comprehẽduntur per medium quia non offendũt ſenſum,ſed modus quo per iſtud medium tranſit in unumquemq; iſtorum ſenſuum eſt aliud ab eo in quem tranſit aliud omnes autẽ conueniunt quia æqualiter mediũ tranſit in eos ex parte qua eſt priuatũ ſpeciebus quas recipit ab illis & conducit eas,iſta enim eſt diſpoſitio recipientis,licet modi iſtorum ſint diuerſi,modus quidem quo trãſit in uiſum eſt diafaneitas iſtud autem iam declaratum eſt. Modus uero quo tranſit in iſtam comprehenſionem quæ eſt auditus eſt uelocitas eius receptionis motus & actio figuræ per eum & ꝙ permaneat in eo motus licet ceſſauerit mouens & remanet illa figura quæ fit ab eo aliquo tempore,ſicut eſt diſpoſitio quæ accidit aquæ quando proijcitur in eam lapis talis enim eadem diſpoſitio accidit aeri ex percuſſione,iam autẽ dictum eſt in alio loco ab iſto quo modo fiat iſte motus in aqua & aere & quare medium ferat percuſſionem in motu qui accidit ei,& ex quo omnis motus fit in tempore iſte motus etiam fit in tempore ſecundum diuerſam diſpoſitionem ab ea quæ eſt uiſus,& ideo eſt ꝙ audis ſonum tonitrui poſt uiſionem corruſcationis,cauſa autem efficiẽs utriuſq; eorum eſt una ſicut declaratum eſt in Metheorologicis,cauſa uero qua fit ſonus talis,corporibus duris eſt quia quando cõprimunt ſe inuicẽ in ſuis ſuperficiebus repellunt ex alterutris aerem uehementer & ideo eius eorũ quod fuerit latius ſonus fit maior quia

pluſ aeris offendit. In habentibus uero figuras conca-uas res eſt manifeſtior, & hoc quia aer expellitur ex ſuis lateribus multotiens & fit ibi protractio more ſoni, & iſtius generis eſt factio ipſius echonis & hoc q̃a ipſum non eſt aliqua res præter reflexionem aeris ex corpore quo offendit ſeruans figurã quam receperit ex colliſione donec moueat aerem exiſtentem in auri-bus quod eſt organum proximũ auditus ſicut dicit Ariſtotiles, & gradus iſtius ad auditum eſt gradus humi-ditatis glatialis ad uiſum, & putatur q̃ ſit ſicut dicit Themiſtius q̃ non ſit hic colliſio ſed fiat ex ea reflexio quædam & niſi hoc eſſet non audiret homo uocem ſui ipſius ſicut non fit uiſio niſi ex reflexione radij, & niſi hoc eſſet non uideretur in umbra, ſed conuenientior lo-cus ut meminerimus iſtorum corporum & diferentiarum eorum eſt liber de Senſu, & ſic etiam locus facien-di mentionem de ſermone de quidditate factionis uocis inuente in animalibus & in qua re fit eius eſſe eſt ille liber & liber de Animalibus, et ſi apparet hic affinitas diferentiæ inter eam & inter ſonos qui fiunt ex corporibus, quod eſt quia factio uocis, qui uocatur ſibillus, eſt, quæ eſt ex animali inquãtum eſt animal hoc eſt ex ſimilitudine quadam & deſiderio & per organa ter-minata quæ ſunt organa anhelitus, ſignũ autem q̃ uox fiat ex colliſione organorum anhelitus cum aere quo fit anhelitus eſt quia nos non poſſumus anhelare & fa-cere uocem ſimul, ex quo non fit autem ſonus niſi ex ſimilitudine nõ uocatur tuſsis ſonus. Animalia uero quæ uociferant & ſunt non tranſpirantia ſicut ſunt anima-li a quæ concordilli dicuntur, quæ quidem uociferant cũ

ſuis brancis, ſicq; iam diximus, quid ſit iſta potentia, et quod ſit eius obiectum, & qua in re fit iſta comprehenſio, & quo modo ſit.

SERMO DE OLFACTV.

Iſta potentia eſt potentia cuius ſemite eſt q; recipiat ex rebus ſuppoſitis quæ ſunt ſpecies odoris. Diferentiæ autem ſpecierũ odoris non ſunt apud nos note ſicut diferentiæ ſaporum. Attamen poſſibile eſt q; denominemus ipſas ex diferentijs ſaporum adeo q; dicatur odor dulcis & odor bonus. Putatur autem q; iſte ſenſus ſit debilior q̃ ſit in pluribus animalibus ſicut in aquila & apibus & quæ ſimilia ſunt eis ex animalibus uehementis odoratus. Verum tamẽ ea, quibus fit iſta comprehenſio ſunt duo elementa quæ penetrant in alios ſenſus præmiſſos hoc eſt aqua & aer, piſces autem, iam apparet ex diſpoſitione eorum q; olfaciant, & hoc etiam eſt manifeſtũ ex eo quod præmiſſum eſt. Verum tamen quo modo tranſeant in iſtũ ſenſum, hoc itaq; uidebitur, quando declarabitur quid ſit odor. Et dicamus inuenitur habenti ſaporem inquantũ eſt habens ſaporem & illud eſt ſubiectum ſuum primũ quod eſt in gradu ſuperficiei ad colorem & ideo multi accipiunt ſignum ex odore ad ſaporem, & hoc apparet ex perſcrutatione, hoc autem iam dictum eſt in libro de Senſu et Senſato, q a ſapor eſt mixtio ſubſtãtiæ ſiccæ cum ſubſtantia humida ſecundum quadam ſpeciẽ decoctionis quæ acciderit ei, quãdo autem iſtud ita fuerit odor inuenitur itaq; corporibus ex parte qua ſunt

complexionata, & non in omnibus cõplexionatis, ſed in quibuſdam complexionatis, non eſt autem ſic color & ſonus, quia unicuiq; eorum eſt eſſe in materia eius & eſſe in medio, odoris uero eſſe oportet ꝙ ſit in medio ipſum idem eſſe ſuum in eius ſubiecto, quia fuit primo neceſſario in habente ſaporem, ſapor autẽ inquantum ſapor eſt conſequitur complexionatum. Id autem quod eſt talis ſemite nõ recipit aquã & aerẽ receptione prima hoc eſt ſecundum ſuam eſſentiam, quia ſi ita eſſet ſimplicia eſſent habentia ſapores iſtud autẽ eſt falſum, & quãdo abnegatum fuerit iſtud nõ relinquitur modus quo tranſeat iſta comprehenſio niſi quando ferret quod reſoluitur ex odorabilibus ex ſubſtãtia aerea proportionata ei quouſq; deferatur ſenſui olfactus ſicut apparet iſtud ſenſu de pluribus rebus habentibus odorem, hoc eſt ꝙ ipſa oleant quando confricantur manu aut proijciuntur in ignem, & uniuerſaliter quando generatur in eis iſte uapor cuius ſemite eſt ꝙ oleat & ideo indigent habentia ſapores quorum ſemite eſt ꝙ ferueant quando oleant in actu a calore extrinſeco ſicut eſt uiola & cætera, & quibuſdam non ſufficit iſtud donec proijciantur in ignem ſicut eſt xiloaloes & quædam nõ olent calore diei propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtantiæ ſed calore noctis quod blancha dicitur ydiomatæ hyſpanico, iſtius autem declaratio eſt in libro de Senſu & Senſato. Signum autem eſſendi odorabile generis uaporis eſt, quia animalia anhelantia odorant attractione aeris & inſpiratione eius & teſtatur hoc quia uenti deferunt odorem qui eſt in eis in eorũ flatu & impediũt uenire odorem qui eſt eis oppoſitus

ſicq; iam diximus quid ſit iſte ſenſus & quæ ſit eius ap prehenſio & quis ſit modus eius apprehenſionis.

SERMO DE GVSTV.

ISta quidem potentia eſt qua iudicantur ſpecies ſa porum & iam declaratum eſt ante quid ſint ſapo res, potentia autem iſta eſt ac ſi eſſet tactus quidã quia ipſa comprehendit eius ſenſibilia poſita ſu= pra organum ſenſus, & ideo eſt id quod opinatur Ale= xander ꝙ iſta potentia non indigeat medio ſicut appa= ret de diſpoſitione tactus, ſed nos inuenimus iſtam po= tentiam cuius organum eſt lingua, ꝙ comprehendit me diante humiditate quæ eſt in ore et eo magis res ſiccas et hoc eſt quod accidit ei cui deficit iſta humiditas ꝙ nõ comprehendat ſapores, & ſi comprehendit eos eſt de dificili, & ſic accidit ei cuius humiditas eſt corrupta in eius ore declinando ad complexionem aliquam ꝙ inue= niat ſapores præter eorum ueritatem, & uniuerſaliter itaq; apparet ꝙ una rerũ qua ſit iſte ſenſus ſit iſta hu= miditas, & ideo poſitum eſt ei continuo ad generandũ iſtam humiditatem et poſite ſunt ei duæ uie naturales ad radicem linguæ, ſicq; ex omnibus iſtis rebus iam ap= paret etiam ꝙ iſte ſenſus comprehendat eius ſenſibilia per medium, quæ eſt iſta humiditas & iam declarauit iſtud Aueppace Abubekir filius Alzayg in ſuo libro de Anima, & Themiſtius. Conuenit autem ꝙ ſpecule= mur hoc & dicamus, ꝙ indigentia medij iam declarata eſt in eo quod præmiſſum eſt ꝙ ſit altera duarum re= rum aut quia ſit medium quod deferat motionem ſen= ſati ad

ſati ad organum ſenſus ſenſato non tangente ipſum ſicut eſt diſpoſitio ſenſatorum qui ſunt colores & ſoni et ſpecies odoris. Aut ꝗ neceſſitas conducens medium non ſit per hoc ſolum ſed exiſtentibus formis ſenſatis in eo ſecundum quandam ſpeciem mediationis inter ſuū eſſe materiale ſimpliciter et inter ſuum eſſe in anima, ſicut eſt diſpoſitio colorum, quando autem iſti fuerint duo modi neceſſitatis indigētiæ medij, eſt itaq; manifeſtum ꝗ guſtus non indigeat medio ſecundum diſpoſitionē primam quæ eſt famoſior medij, eſt quidem manifeſtum ꝗ guſtus non indigeat quia ſenſatum ab eo mouet totum ſenſum ferendo ipſum. In ſecundo uero modo modorum indigētiæ medij ex eius delatione ad ſenſum eſt itaq; locus ſpeculationis, ſicq; apparet ꝗ poſſibile ſit ꝗ imaginetur iſta ſpecies medij in eſſe ſenſatorū quæ reciperet compoſitum & ſimplex ſicut colores quos recipit aer ſecundum quādam ſpeciem mediationis inter eſſe materiale & inter eſſe eorum in anima, & ſic putatur ꝗ ſit diſpoſitio motus qui eſt in aere et motus collidentis & colliſi in ſenſu auditus qui eſt in anima, & ideo eſt id quod apparet ex duobus motibus qui reflectuntur in aqua ex caſu lapidis in eam qua propter nō deficiunt circuitus qui fiunt propter eos. Senſata uero quæ recipit corpus compoſitum ſolum hoc eſt complexionatum aut non indigent iſta re media aut ſi inueniatur in eis eſt aliter, ac ſi eſſent ſecundum quandam ſpeciem analogiæ, et ideo ueriſimillimum eſt ꝗ dicatur de iſta humiditate ꝗ adiuuet iſtam actionē ex parte qua accidit guſtabilibus ſiccis ꝗ humectētur per eam ſecundum quandam ſpeciē decoctionis quæ accidit eis in ore

& ideo inuenimus maſticationem & molitionem q̃ ad iuuet comprehenſionem plurium guſtabiliũ & eo magis res quas comprehendimus poſt moram earum in ore. Et ſimilis eſt diſpoſitio quorundam odorabilium quæ comprehenduntur in potẽtia. Duæ autem ſpecies guſtabilium & odorabilium ſunt ſenſibiles in potẽtia, guſtabilia autẽ quæ ſunt humida in actu. Aut itaq; non indigebunt iſta humiditate in ore aut pauca indigẽtia indigebunt ea. Et ideo digniùs eſt q̃ dicamus de iſta humiditate q̃ ſit quodam modo organicæ comprehenſionis ad guſtum q̃ q̃ dicamus q̃ ſit medium & q̃ iſte ſenſus ſit ex hijs qui indigent medio & ampliabimus ſermonem in hoc quando ampliabimus de uiſu, auditu & olfactu. Et ideo opinatur Alexãder quod dixit ſeruãs ſuam poſitionem, q̃ famoſius de neceſſitate medij eſt q̃ ſenſatum non ſit tangens organum ſenſus, & hoc quia ex quo melius quod fuit ad conſeruationem permanentiæ animalis eſt q̃ non ſentiat ſenſata quæ tangeret ſolum, ſed etiam ſenſata quæ ſunt extra & ſecundum diſtantiam ab eo ut moueatur uerſus ea aut ab eis, ideo neceſſario fuit indigentia in tactu ad mediũ, & ex quo organum iſtud comprehendit saporẽ ex parte qua eſt humidum & humectum. Id autem quod eſt in potentia aliqua res oportet q̃ non ſit in actu aliqua res illius rei ad quam eſt potentiale & fuit organum iſtius comprehenſionis ſiccum & ex quo iſta humiditas qua humectantur ſenſibilia ſicca adeo q̃ comprehẽdat ea iſte ſenſus fuit tanquam deferens aliqualiter cõuenit quod ſequitur ad illud etiam q̃ non ſit habens ſaporem in ſe & ſi non, non deferret ſapores ad ſenſum ſecundum eorũ

ueritatem, ſicut accidit iſtud egrotis, & hoc eſt propinquius operi huius humiditatis q̃ q; putetur i eo mediū. Et ex quo iſte ſenſus & ſenſus uiſus cōprehendunt ſua ſenſibilia in ſuo ſubiecto primo conueniunt in comprehenſione figuræ & mēſuræ, ſenſus uero auditus & olfactus ex quo comprehendunt ſua ſenſata poſtquam ſeparata fuerint ab eorum ſubiectis primis nō reperitur eis iſtud ſenſibile commune, ſermo uero de iſtis rebus ultimatus indiget ualde ſimpliciori ſermone q̃ iſto, ſed ſermo noſter proceſsit de iſtis rebus ſecundum diſpoſitionem neceſſariam ſolum. Si autem Deus decreuerit uitam & auferet præſentem anguſtiam loquemur de iſtis rebus clariori ſermone & ſimpliciori et uehementioris perſcrutationis q̃ ſit iſte totus, mēſura uero qua ſcripſimus illum de iſtis rebus eſt neceſſaria ad perfectionem humanam, & eo perueniet primus gradus hominis. Iſta autem menſura eius cui contigerit q; conſtet ei eſt ualde ſecūdum iſtam noſtram etatem. Sicq; iam diximus, quid ſit iſta potentia, et quæ ſint eius organa, & quo modo comprehendat ſua ſenſibilia, locus uero conueniētior ſermoni de ſaporibus & eorum diferentijs eſt in libro de Senſu & Senſato.

SERMO DE TACTV.

ISta autem potentia eſt potētia cuius ſemite eſt q; perficiatur ſpeciebus rerum tangibilium, tangibilia aūt ſicut dictum eſt in libro Perygeneſcos ſunt prima ſicut calor & frigus & humiditas & ſiccitas; & ſecunda quæ generantur ex iſtis ſicut durities

& mollicies. Iſta autem potentia ex quo comprehendit iſta tangibilia ſecundum ſemitam ſui ordinis in ſuo eſſe ipſa itaq; comprehendit calorem & frigus & humiditatẽ & ſiccitatem primo & per ſe & comprehendit qualitates alias genitas ex iſtis mediantibus iſtis & propter hanc eandem cauſam ſequitur q̃ iſta potentia comprehendat pluſquam contrarium unũ diuerſimode a diſpoſitione uiſus & auditus & hoc quia ipſa cõprehendit iſta tangibilia ſecundum ſemitam ueritatis eorum in ſuo eſſe & unicuiq; iſtarum qualitatum conectitur alia qualitas ſicut eſt calor cui cõnectitur ſiccitas & humiditas ideo comprehenſio ſua fuit iſtarum potentiarum: Ac etiam quia potentiæ paſſiue earum hoc eſt humiditas & ſiccitas ſunt ſicut materia potentijs actiuis hoc eſt calori et frigori. Actiue autem ſunt ſicut forma, oportet q̃ comprehendat iſtas potentias ſimul, ſi autem comprehenſio caloris & frigoris eſſet unius potentiæ humiditatis autem & ſiccitatis eſſet alterius potentiæ non comprehẽderet utraq; earum iſta contraria ſecundum ſuam ueritatem, res autem nõ ita ſe habet de auditu & uiſu quia ſenſus uiſus cõprehendit unum contrarium & ſic eſt diſpoſitio comprehenſionis auditus grauis & acuti, comprehendit aũt itaq; ſenſus præter hoc pluſquam cõtrarium unum & ſunt contraria ſuppoſita ſenſibilia primis ſicut eſt comprehenſio auditus grauis & acuti quæ ſunt prædicata uocis, & ſicut comprehenſio uiſus luminoſi & non luminoſi quorum ſubiecta ſunt nigrum & album. Et p hoc ſoluitur dubium quo putatur q̃ iſta potẽtia ſit pluſq̃ã una ex quo comprehendit pluſquam contrarium unũ;

& apparet etiam itaq; ſicut declaratum eſt. ꝙ organũ iſtius potentiæ ſit unum, & hoc quia unum eorum qui bus numerantur iſte potẽtiæ ſunt ſua organa, eſt enim itaq; neceſſario ꝙ unius potentiæ ſit unum organum æquale conuertibile & ideo non conuenit ꝙ perſcrute mur primo quid ſit iſtud organum, & an ſit unum aut plura? quoniam diſpoſitio iſtius non eſt manifeſta quan do manifeſta fuerit de alijs ſenſibus licet iſta perſcru= tatio ſit cõuenientior libro de Animalibus. Dicimus au tem ꝙ ex eo quod declaratum eſt in illo libro membra ſunt organa animæ. Ex quo autem ipſa diferunt ſecun dum ſui creationem propter diferentiam operationum animæ adeo ꝙ oculus ſit compoſitus ex aqua & aere propter uiſionem, & hoc eſt manifeſtum de membris compoſitis quorum partes non ſunt ſibi inuicẽ ſimiles, de membris uero ſimplicibus quorum partes ſunt ſimi= les ſibi inuicem in pluribus eorum apparet ꝙ ipſa ge= nita ſint propter compoſita ſicut manus quæ componi tur ex oſsibus & cordis & alijs, apparet itaq; de qui= buſdam eorum ꝙ oporteat ꝙ diuidantur in ſimplex & compoſitum propter diuiſionem potentiarum animæ & hoc quia quatuor quarum rememoratio præceſsit inueniuntur in membris organicis, ſenſus uero tactus quia extenſus eſt per totum corpus & communis om= nibus membris oportet neceſſario ꝙ ſit mẽbrum quod ei appropriatur commune extenſum non ſimplex, ex quo autem nullum animal priuatur iſta potentia ſequi tur neceſſario ꝙ nullum animal priuetur iſto membro quod ei appropriatur ſimplici non organico, in ani= mali autem non apparet aliqua res quæ ſit talis diſpoſi

tionis præter carnem, & hoc quia nos uidemus ꝙ illud ſit membrum quod quando extenderimus ipſum ſupra ipſum ſentimus cum hoc ꝙ eſt communis omnibus animalibus. Et ex hoc ſoluitur dubium quod putatur ꝙ caro forſitan non ſit organum iſtius potẽtiæ & eius gradus ſit gradus medij ſicut apparet hoc ex ſermone themiſtij, Ariſtoteles autem in libro de Anima eſt contrarius eius ſermoni in libro de Animalibus, quia ſicut diximus non eſt ſufficientia entitati carnis ꝙ ſentiat res quæ perueniunt ad ipſam quando fuerit organũ iſtius comprehenſionis, ſed forte organum eſt interius, ipſa autem erit ſicut medium, quia ſi nos induerimus animal membrana & extenderimus eam inueniemus ipſum ſentiens, & hoc quia ſicut declaratum eſt in libro de Animalibus & in eo quod diximus etiam ex quo organum iſtius potentiæ oporteat ꝙ ſit ſimplex commune omnibus animalibus & annectitur huic id quod apparet per anathomiam quod eſt ꝙ non ſit corpori animalis membrum talis diſpoſitionis præter carnem, declaratum eſt neceſſario ꝙ organum iſtius ſenſus ſit caro, nerui autẽ quos putat Galenus ꝙ ſint organum ſenſus quando ipſi fuerint habentes figuram & in quibuſdam eorum uacuitas ſit ſenſata ſicut eſt diſpoſitio uenarum propiores ſunt ut ſint organici q̃ ꝙ ſint ſimplicia ſicut caro, ac etiã quia non ſunt communes toti corpori, ſi autem res eſſet ſicut opinatus eſt nõ ſentiret animal in omnibus partibus carnis, ſed quando perſcrutati fuerimus rẽ eius inueniemus ei ingreſſum ad eſſe ſenſus interius, & hoc quia quando coniunxerimus illi quod apparet in inciſione mẽbrorũ ex quo plura animalia

quando corrumpuntur nerui qui ueniunt ad ea, aut inciduntur ſunt difficiles ad ſentiendum, & coniunxerimus huic q natura non operatur aliquam rem in caſſum; iſti autem nerui propter indigētiam quarundam operationum aut paſſionū, hoc eſt ex actionibus animæ aut paßionibus, ex omnibus hijs apparet q aliquando ſit ingreſſus ad eſſe in entitatem ſenſus interius, & hoc quia quando nos coniungerimus ei quod apparet de inciſione membrorum q plura membra quādo nerui uenientes ad ipſa corrumpuntur uel inciduntur ſint diſficiles ad ſentiendum & coniungeremus huic q natura non faciat aliquam rem fruſtra, & q iſti nerui ſint propter neceßitatem aliquarum actionum uel paßionum hoc eſt ex actionibus animæ aut eius paßionibus apparet ex toto hoc q neruis ſit ingreſſus quidam ad eſſe ſenſus, & hoc quia uſus regulæ diuiſionis ex negatiua in perſcrutatione operationum iſtorum membrorum iā declarata eſt in Logica ipſius corruptio ſecundū quod eſt conſuetudinis Galeni q utatur hoc & plurium antiquorum reſolutiuorum, ſed ſi omnino ſit neruis ingreſſus ad eſſe ſenſus, ò utinam ſcirem quo modo ſit, & dicamus q meminerimus eorum quæ declarata ſunt in libro de Animalibus, primus locus iſtarum potētiarum & reliquarum potentiarum ſenſus eſt calor naturalis qui eſt in corde per ſe, & in reliquis membris quatenus perueniunt ad ea artariæ pulſatiles orietes ex corde, & q cerebrum ſit ad temperiem iſtius caloris naturalis in inſtrumentis ſenſus & hoc quia non eſſet poſſibile q comprehenderet iſta potentia res exeūtes ab æqualitate ad qualitates exceßiuas niſi eius inſtrumēta

eſſent in ultimo mediationis & æqualitatis adeo q̃ cõprehenderet extremitates exeuntes ab ea, iſta autem eſt diſpoſitio carnis et ideo id carnis quod fuerit magis æquale eſt magis ſenſitiuum ſicut apparet iſtud de ſenſu interioris uole manus. Oſſis autem complexio eſt remota a cõplexione æqualitatis, & ideo ſuum ſentire eſt difficile quia eſt frigidum & ſiccum, & per hoc declaratur, q̃ cerebrum non ſit fons iſtius ſenſus ſicut opinatus eſt Galenus, ipſum uero ẽ fons potẽtiæ coequantis, indiguit uero organum iſtius ſenſus q̃ eſſet temperatum inter qualitates extremas quia non conuenit ei q̃ ſit uacuum ſenſibilibus quæ comprehenderet neq; q̃ ſint in eo in potentia ſimpliciter, ſicut conuenit organo uiſus q̃ ſit ad uiſibilia, & ſic de reliquis quatuor potentijs, hoc autem fuit ſic quia iſtud organum fuit organum iſtius comprehenſionis inquantum eſt temperatum, temperatum autem nõ euadit, quin ſint in eo quatuor qualitates, utilitatem ergo huius infrigidationis quæ eſt corpori iam perſcrutatur eam in libro de Animalibus, quando autem narrauerimus ſecundum totã iſtam menſuram, & cõiunxerimus huic q̃ nerui oriantur ex cerebro ex quo ipſi ſunt ſimiles ſuæ ſubſtantiæ, peruenit autem ex ſumma totius iſtius q̃ caro ſentiat calorem naturalem in quo eſt ſenſus perfectus quando temperatus eſt eius calor in neruis peruenientibus ad ipſam ex cerebro, putatur autem q̃ iſti nerui ſint in animali perfecto propter melius, animalia uero debilis caloris ſicut ſunt animalia teſtata & eis ſimilia nõ indigent eſſe iſtorum neruorum peruenientium eis, et eo magis animal cui potentiarum ſenſus ineſt iſta potentia

AMOR

tentia ſolum ſicut eſt ſpongia maris & cætera, & ideo uidemus plura animalia quorum mēbra non ſunt plurium organorum, quando inciduntur remanēt aliquo tempore quo mouentur & partes eorum inciſe ſentiunt e conuerſo animalis multorum membrorum organicorum in quorum animalium pluribus ſufficit eſſe cordis & cerebri ſolum aut aliquorum quæ ſint loco eorum. Iam autem extraxit nos ſermo ab eo quod intendimus quia locus perſcrutationis iſtarum rerum cōuenientior eſt liber de Animalibus ſicq; iam declaratū eſt ex iſto ſermone quod ſit organum iſtius potentiæ, q uero iſta potentia non indigeat ad eius comprehenſionem medio, eſt manifeſtū ex eo quod diximus in eo quod præceſſit, q medio indigeant ſenſus propter alteram duarum rerum quarum una eſt propter generans ex quo ſenſibilia non tangunt organa ſenſus, ſecunda autē eſt propter aſcenſum ad eſſe materiali ad eſſe ſpirituale, natura enim ſemper redit ad contraria per medium, iſta autem potentia ex parte qua ſentit eius ſenſibilia quæ tangunt eius organa nō indiget medio ſecundum iſtum modum, & ex hoc etiam quia eius organa reciperent iſta ſenſibilia receptione materiali, & hoc quia ipſa calefiunt & frigeſcunt & non indigent medio ſicut eſt diſpoſitio ſecūda. Id uero quod uidetur Themiſtio & largitur id quod apparet ex uerbis Philoſophi, q iſte ſenſus licet tangat eius ſenſibilia & tāgat ea impoſſibile itaq; eſt q tangat ea & non ſit inter eos aer omnino ſicut impoſſibile eſt piſcibus q tangant aquam abſq; hoc q ſit inter eos aqua & ponit hoc ſignū q iſte ſenſus indigeat aliquo modo medio extrinſeco & pu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tatur q̃ ſi res ita ſit q̃ ſine dubio ſit hoc cōditionis iſtius ſenſus quia hoc eſt unum eorum quibus cōſiſtit iſte ſenſus, iſte ſenſus. Sicq; iam declaratum eſt ex hoc quid ſit iſta potentia & quid ſit eius ſenſibile & quod organū ſit ſuum organum & q̃ ipſa non indigeat medio ſecundum modum quo indigent alij ſenſus & euidens itaq; eſt cum hoc q̃ iſta potentia comprehendat contraria alia attributa quatuor contrarijs quæ ſunt grauitas & leuitas iſtud autem non eſt aliqua res pluſquam q̃ ſit conducens motionem potentiæ mouenti quæ eſt in animali, & ideo aliquando ſentit laſsitudinem & feſsitudinem & aliquando putatur q̃ grauitas & leuitas ſit ex ſenſibilibus communibus & hoc quia nos aliquādo ſentimus mediante noſtro ſentire motum. Motus autem ſicut diximus eſt ex ſenſibilibus communibus. Immo ex parte qua cæteri ſenſus licet comprehendant grauitatem & leuitatem multotiens erramus in eis quia putabant q̃ tarde motum ſit graue & uelociter econtrario iſtius, aliquando autem res eſt econtrario huius ſicq; euidens eſt q̃ iſta ſint communia, ſenſus uero tactus cōprehendit iſtam cōtrarietatem ſine errore perueniente eius comprehenſioni licet modus eius comprehenſionis illius ſit alius a modo quo comprehēdunt ipſum cæteri ſenſus & ideo aliquando etiam apparet q̃ ſit propria eis uniuerſaliter autem non euadit res eius quin ſit ex ſenſibilibus communibus aut proprijs immo magis ueridicum in eius cognitione eſt q̃ ſit ſenſus tactus ex quadam parte propriū iſti ſenſui & ex aliqua parte commune. Modus enim quo etiam comprehendunt reliqui ſenſus grauitatem & leuitatem quas compre=

hendit ex parte quā ē ſenſus tactus & accidit ei error in ea ſicut accidit illis quæ eſt uelocitas & tarditas. Mo*dus uero quo comprehendit iſta potentia contrarietatem qui eſt modus ſentiendi non declinationem motricem non accidit ei error omnino.* I*ſta uero contrarietas hoc eſt grauitas & leuitas ex quo etiam ſunt ex aliqua parte communia tangibilibus, ſicq; euidēs eſt q̃ nō conueniat q̃ ponamus potentiam comprehendentem adeo q̃ ſit potentia ſexta.* Sic*q; etiam organum quo cōprehendit iſta potentia calorem & frigus & grauitatem & leuitatem ſit unum organum iam diximus q̃ unum eorum, quæ ſit potentia una eſt q̃ ſit organū eius unum, ſeparatio uero continuitatis non eſt unum genus generum ſicut uiſus eſt ſibi* Auicenna *& non ſunt hic ſenſibilia præter iſta quæ numerauimus, iſta ergo potentia hoc eſt potentia tactus ſentit dolorem qui peruenit ex ſolutione continuitatis quatenus ſit ex ea caliditas & ſiccitas quæ conſequuntur motum corporis quo ſoluta eſt continuitas, & ideo quanto corpora quæ efficiunt hanc ſunt acutiora & paucioris aſperitatis tanto ſolutio continuitatis eſt minoris ſenſibilitatis, quanto autem fuerint groſſiora & aſperiora tanto res eſt ecōuerſo, & remotius toto hoc eſt quod uiſus eſt ſibi* Galenus. *Sed diſpoſitio huius eſt contrarium eius quod putauerat* Galenus, *&* Galenus *ipſe etiam inuenitur ſignificaſſe iſtam rem in alio loco & hoc in eius cōmento ſuper ſermonem* Hypocratis *quia ſi corpus eſſet cōpoſitum ex una re non doleret ex eo q̃ contineret rem cuius partes ſepararentur, quando autem iſtud ita fuerit, quando ſoluitur continuitas ſentitur ex parte alte=*

rationis quæ accidit compoſito ex parte corporis ſoluentis continuationem & hoc ex parte uulneris quod eſt in eo. Sicq; iam diximus quid ſit iſta potẽtia & quæ ſint eius ſenſibilia & uniuerſaliter quæ ſit res qua conſiſtat breuioribus uerbis ꝗbus poßibile ſit nobis & procedemus ad loquendum de ſenſu communi.

SERMO DE SENSV COMMVNI.

DE re uero quinq; potẽtiarum quas numerauimus apparet ꝙ ſit potẽtia una communis & hoc quia ex quo hic ſunt ſenſilailia cõmunia habent ergo hic potentiam communem quæ comprehendat ſenſibilia communia ſiue fuerint communia omnibus ſicut motus & numerus aut duobus eorum ſolum ſicut figura & obiecta ſenſus uiſus et tactus. Ac etiam ex quo ſenſu comprehendimus diferentias quibus ſenſibilia ſunt appropriata ſingulis ſenſibus adeo ꝙ iudicemus gratia exempli ꝙ hoc pomũ ſit habens colorem & odorem & ſaporem & figurã & ꝙ iſta ſenſibilia diferant in eo ſequitur ꝙ iſta comprehenſio ſit per unam potentiam & hoc quia potentia quæ iudicat de iſtis duobus ſenſibilibus diferentibus eſt neceſſario una potentia quia ſermo ꝙ potẽtia qua comprehendimus diferentias inter duas res ſenſibiles non ſit potẽtia una eſt incõueniens ſicut ſermo quo ego cõprehendam differentiã quæ eſt inter duo ſenſibilia quorum unum ego ſenſij & alterum ſenſatum quod tu ſentieras & ego nõ ſenſij, hoc autem eſt per ſe manifeſtũ, ſicq; conſtabit nobis etiam eſſe iſtius potentiæ ex una

operatione hic quam impoſsibile eſt nobis q attribua=mus uni ex quinq; ſenſibus, & hoc quia nos inuenimus unumquemq; iſtorum q comprehendat ſua ſenſibilia & comprehendat cum hoc q ipſe comprehẽdat. Sicq; ipſe ſentit ſentire, & anima ſenſationis eſt ſubiectum iſtius comprehenſionis quia eius habitudo ad iſtam potentiam eſt habitudo ipſorum ſenſibilium ad ſingulos ſenſus, & ideo impoſsibile eſt nobis q attribuamus iſtã operationem uni ſenſui ex quinq; ſenſibus quia ſi ita eſſet ſequeretur q ipſa met ſenſata eſſent cum ipſis met ſenſitiuis & hoc quia ſubiectum gratia exempli potentiæ ſenſitiuæ & ſubiectum iſtius potentiæ eſſet ipſa met comprehenſio coloris, & ſi hæc operatio eſſet potentiæ uiſiuæ ipſe color eſſet ipſa met comprehenſio eius, hoc autẽ eſt falſum, ſicq; ergo neceſſario quod ſequitur ex omnibus iſtis rebus eſt eſſe potentiæ communis omnibus ſenſibus quæ ſit una ex aliqua parte & ex aliqua parte ſint plures. Pluralitas quidam eſt ex parte qua comprehendit ſenſibilia diuerſa per organa diuerſa & mouetur ad ea motibus diuerſis ipſam autem eſſe unam eſt ex quo comprehendit diferentias inter comprehenſiones diuerſas & ex quo eſt una comprehendit colores per oculum & ſonos per aurem, et ſpecies odoris & odorabilia per nares & ſapores per linguã & tangibilia per carnem, & comprehẽdit omnia iſta per ſe & iudicat de eis, & ſic comprehendit omnia ſenſibilia communia unicuiq; iſtorum organorũ, & comprehendit iuditium gratia exempli ſicut lingua & auris & oculus & caro & nares ſicq; uniuerſaliter ipſa eſt una ſecundum ſubiectum plures ſecũdum ſermonẽ,

& una ſecundum quidditatem plures ſecundum orga= na, diſpoſitio autem imaginationis huius potentiæ quæ eſt una ex aliqua parte & plures ex aliqua parte eſt ſicut diſpoſitio linearum quæ exeunt ex centro circuli ad eius circunferentiam ſicq; iſte lineæ ſunt plures per extrema quibus terminantur ad circunferentiam & una per punctum apud quem coniunguntur ſua extre ma quod eſt ipſum centrum, & ſic iſti motus qui fiunt ab iſtis ſenſibilibus aut ex parte ſenſibilium & organo rum ſunt plures ex parte aũt qua terminantur ad unã potentiam ſunt una. Iſtam autem imaginationem per miſit conſuetudo loquentium de anima ex mente Ari= ſtotelis & eius pediſſequis ꝙ accipiant eam ad intelle= ctionem entitatis iſtius potentiæ quod licet ſit generis doctrinæ in qua ſit ad intellectionem ſubſtantiæ rei. Id quod ē loco ipſius rei, & hoc aut ſimile ſicut ſit hic aut aliud ab hoc quæ eſt doctrina poetica ipſum non nocet quando præceſſerit & ſciuerit ſubſtantiam iſtius po= tentiæ. Et manifeſtus eſt modus quo caderent forma= tiones inter ea, & hæc ſpecies doctrinæ ingreditur do= ctrinam demonſtratiuam in rebus ad quarum imagina tionem primo & per ſe deficeret intellectus, & accipi tur in initio ad ſuam intellectionem quod eſt loco ſub= ſtantiæ ipſi met rei, intentum enim ex iſta imaginatio ne eſt ſermo de formatione ſolum ſicut intenditur hoc per ſuam ſubſtantiam in doctrina poetica. Alias repe= tita, ſubſtantia uero iſtius potentiæ et quale eſſe ſit ſuũ eſſe eſt manifeſtũ ex eo quod diximus de ſenſu ſimpli= citer & hoc quia nos iam notificauimus ibi gradum iſtius potentiæ ex reliquis potētijs materialibus & no

tificauimus q̃ eius receptio ſenſibilium non ſit receptio materialis, & per hoc eſt ei uerificatum q̃ non compre hendat contraria ſimul una hora & per potentiam in diuiſibilē, iſte itaq; eſt ſermo quo appropriatur unū= quodq; ſenſibile iſtorum quinq; ſenſuum et qualiter ap proprietur & in quo conueniant & qualiter conue= niant. Quòd uero impoßibile ſit q̃ iuueniatur ſextus ſenſus apparet hoc itaq; pluribus modis quorum unus eſt quia ſi hic eſſet alius ſenſus præter iſtos quinq; eſſet eis ſenſibile aliud, manifeſtum autem eſt inductione q̃ ſenſibilia propria ſint iſta quinq; ſolū & hoc quia ſen= ſibilia neceſſario ſunt aut colores aut ſoni aut ſapores aut odores aut tangibilia aut quæ ſequuntur ea & ad= ueniunt mediantibus ipſis quæ ſunt ſenſibilia commu= nia, quando autem iſtud fuerit manifeſtū per ſe & nō fuerit hic aliud ſenſibile, non eſt itaq; hic potentia ſenſi tiua alia. Ac ēt ſi eſſet hic alius ſenſus eſſet itaq; aliud organum & alia media ſi poneremus iſtum ſenſum tan gentem ſua ſenſibilia & hoc quia inductum apparet q̃ non remaneat de iſtis medijs aliquis modus quo admi= tatur unum ſenſibile ex modis quibus admituntur, & impoßibile eſt q̃ comprehēdantur uno organo duo ſen ſibilia diuerſa quia unum organnm ſicut diximus eſt unius ſenſus, quando autem iſtud ita fuerit ſequitur q̃ ſi eſſet hic alius ſenſus eſſet hic aliud organum ſolum ſi poneremus ipſum tangentem ſua ſenſibilia aut unum organum & medium ſi poneremus ipſum non tangen tem ſua ſenſibilia, quando autem iſtud ita fuerit appa= ret cum animaduerſione q̃ non conueniet hic eſſe alte rius organi neq; ſit hic aliud mediū, manifeſtum itaq;

eſt q impoſsibile ſit q inueniatur alius ſenſus unde uero appareat q impoſsibile ſit q inueniatur hic aliud organum neq; aliud medium manifeſtũ eſt ex hijs quæ præmiſſa ſunt, quia non inueniretur aliud medium præter aquam & aerẽ, quod eſt quia terra propter eius groſsitiem impoſsibile eſt de ea q ſit media & obiectio et tactus impoſsibile ẽ q inueniatur in nullo animali tanto minus q ſit media, & ſic etiam impoſsibile eſt q ſit aliud organum & hoc quia omne organũ aut eſt compoſitũ ex aqua ſicut eſt oculus aut ex aere ſicut eſt diſpoſitio aurium aut eſt temperatum ex quatuor elementis æqualiter ſicut eſt caro quia organum oportet q ſit proportionatũ medio ſicq; etiã apparet hoc ex quo ſi eſſet hic alius ſenſus eſſet alio animali præter hominem & inueniretur uiliori quod nõ inuenitur perfectiori & ſic eſſent ſenſus ſecundum intentionem primam propter potentias quæ ſunt perfectiones earum & eo fortius loquutio ſicut declarabimus de eius diſpoſitione, iam autem declaratum eſt in libro de Animalibus qualis ſit habitudo membrorum quæ inueniuntur in animalibus abſq; q inueniantur ipſa eadem homini aut membra quæ ſint loco eorum in homine & ſic eſſe talium rerum in homine eſt nobiliori modo ſicut naris elephantis & ale auium, quia manus hominis eſt perfectioris operationis q̃ hæc & nobilioris, ſicq; inuenimus ſuccedere huic potẽtiæ hoc eſt potẽtiæ ſenſus animalis perfecti qua mouetur ad ſenſibile poſt eius priuationem ab eo aut mouetur ad ipſum antequam perueniat ad aliam potentiam, quæ uocatur phantaſiá cõuenit autem q loquamur de ea.

Sermo

SERMO DE PHANTASIA.

De intentione uero iſtius potentiæ conuenit q̃ perſcrutemur hic ſecundum plures intentiones Quarũ prima eſt de eius eſſe quia quidam homines putant q̃ eadem ſit potentiæ ſenſitiuæ. Et aliqui homines putant q̃ ipſa ſit potentia imaginatiua. Aliqui autem hominũ q̃ ſit compoſita ex ambabus, prætere a. An ſit potentiarum quæ aliquãdo ſunt impotentia aliquãdo in actu et ſi res ita eſſet itaq; eſſet habens materiã. Quid ſit iſta materia & quis gradus ſit eius gradus & quod ſit ſubiectum illius altitudinis & potentiæ etiam & q̃ ſit mouens ipſum & extrahens ipſum a potentia in actum. Dicimus autem q̃ iſta potentia diferat a potentia ſenſitiua, quod itaq; de propinquo apparet & hoc quia licet conueniant quia ambæ comprehendant ſenſibile ipſe itaq; diferũt, propterea, quia iſta potentia iudicat de ſenſibilibus poſt eorũ priuationem, & ideo inuenitur perfectionis operationis cum quiete operationis ſenſuum ſicut eſt diſpoſitio in ſomno, hora uero ſenſationis poſsibile eſt q̃ ſit eſſe iſtius potẽtiæ, & ſi appareat illud eſt in alio ab eo quod annectitur ex ſenſu & ex iſta parte putatur q̃ multis animalibus non inueniatur iſta potentia ſicut ſunt uermes & muſcæ & teſtata & hoc quia nos uidemus iſtã ſpeciem animalium q̃ non moueatur niſi apparentibus ſenſibilibus & putatur q̃ iſta ſpecies aut non habeat phantaſiam omnino aut ſi habeat eam eſt inſeparabilis a ſenſibilibus, perſcrutatio autem huius eſt ſpeculationis potentiæ mouentis animalium ſecundum locum. Et

difert itaq; iſta potentia etiam a potentia ſenſus quia multotiens nos mentimur ſecundum iſtam potentiam & dicimus uerum ſecundum potẽtiam ſenſus & eo magis de ſuis ſenſibilibus proprijs & ideo eſt quod uocamus ſenſibilia falſa phantaſmata. Ac etiam poßibile eſt itaq; ꝙ componamus per iſtam potentiam res, quæ nõ ſunt ſenſate i præterito ſentimus eas ſeparatas ſicut nobis imaginantibus yrcoceruum & conſimiles res quæ non habent eſſe extra animam, uerumtamẽ iſta potentia facit eas & putatur ꝙ hoc ſit ex operatiõe iſtius potentiæ mouentis hominem. Et declarabimus itaq; in libro de Senſu & Sẽſato res quibus difert homo ab alijs animalibus per iſtam potentiam & ſingula animalia & res quibus conueniunt ac etiã quando ſentimus res neceſſarias nobis, phantaſma autem non eſt ſic, ſed noſtra eſt ſic ꝙ imaginemur rem & ꝙ non imaginemur ipſam, & ipſa eſt una rerum qua difert iſta potentia a potentia cogitatiua, quia potentia cogitatiua eſt nobis neceſſaria, ſicq; etiam difert ab ea quia cogitatiua fit ſemper cum operatione ueritatis phantaſia autem fit aliquando ſine ueritate ſicut noſtrum phantaſticari res quarum neſcimus ad huc earum ueritatem ab earum falſitate, ſi autem iſta potentia neutra potentiarũ iſtarum ſit, hoc eſt potentia ſenſus et cogitatiua, impoſſibile itaq; eſt ei eſſe compoſitam ex ab ambabus ſicut putauerant iſti, quia compoſitũ ex aliqua re quod nõ eſt ſecundum modum mixtionis oportet ꝙ ſeruet proprietates eius & cõponatur ex eis. Et ſic apparet hic de propinquo ꝙ iſta potentia non ſit intellectus quia ſumus ueridici de intelligibilibus & mentimur de iſta po

tentia. Differentia autem inter formationem phantaſticam & formationem intellectiuam licet ambe ipſe cōiungantur quando nos non ſumus ueridici in ambabus aut mentimur eſt quia phantaſibilia formamus quatenus ſunt ſingularia & materialia, & ideo impoßibile eſt ꝙ nunquam phantaſticemur colorem niſi cū magnitudine licet uideatur ex eorū diſpoſitione ꝙ ipſa ſint nobiliora q̄ gradus rerum ſingularium, formatio uero intellectiua, eſt itaq; denudatio ſpecierum intelligibiliū uniuerſalium a materia nō quatenus eſt ei habitudo ſingularis materialis in ſe, ſed ſi eſſet, eſſet omnino ex eo ꝙ iſta eſt paßio ex paßione uniuerſali hoc eſt ꝙ numeretur ad numerationem ſingularium & ꝙ ſit ei habitudo materialis ſicq; iſtuc eſt ſecūdum perfectionem ex ſermone de potentia rationali ꝙ uero iſta potentia ſit aliquando actus & aliquando potētia, eſt itaq; manifeſtū de eius diſpoſitione, & hoc quia eius operationem oportet ꝙ præcedat ipſam ſenſus, ſicut alterabitur poſtea, ſenſationes autem ſicut ante declaratū eſt fiunt denuo, quando autem iſtud ita fuerit iſta itaq; potētia denuo ſit, ergo denuo eſt materialis, ſubiectum uero iſtius potentiæ in qua eſt præparatio eſt ſenſus communis quo phantaſia ſemper eſt cum potentia ſenſus, & aliquādo inuenitur ſenſus ſine phantaſia. Et uniuerſaliter apparet de diſpoſitione potentiæ ſenſitiuæ quæ eſt prior natura q̄ iſta potentia cuius habitudo ad ipſam eſt habitudo nutritiuæ ad ſenſatiuam, & intendimus per hoc habitudinem perfectionis primæ quæ eſt potentiæ ſenſitiuæ, ſecundum autem ueritatem ſubiectum iſtarum duarum præparationū hoc eſt præparationis ad recipien=

dum ſenſibilia & præparationis ad recipiendum phan taſticabilia eſt anima nutritiua quia ſicut declaratum eſt de diſpoſitione iſtius potentiæ eius eſſe eſt ab initio rei inquantum eſt actus præparationis aut inquãtum ſunt præparationes, inueniuntur coniunctæ cũ eo quod eſt in actu & non eſt aliqua earum ſubiectum alicuius niſi ſecundum modum ſimilitudinis rei quia quædam earum præcedit ſecundum ſubiectum eſſe cuiuſdam & ſic cõuenit ꝙ intelligatur diſpoſitio præparationis phã taſticæ cum præparatione ſenſitiua, quia nos non poſſumus dicere ꝙ ſenſationes in actu ſint ſubiecta iſtius præparationis phantaſticæ ſecũdum modum quo dictũ eſt ꝙ anima nutritiua ſit ſubiectũ animæ ſenſitiuæ quia declaratum eſt ꝙ ſenſationes ſint mouentes iſtam potentiam quæ perficitur per eas, ſed omnino euidens eſt ꝙ iſta potentia & iſta præparatio ſit ſpiritualior præparatione ſenſitiua & eius aduentus eſt in gradu ſecundo & poſt aduentum præparationis ſenſitiuæ ac ſi attribueretur materiæ mediante potentia ſenſitiua, ac ẽt iſtius potentiæ paſſio non eſt ex ſenſato in actu extra animam ſed ex ſpeciebus prouenientibus ex ſenſibilibus in potẽtiam ſenſitiuam ſicut declarabimus poſt hoc id autem quod eſt huius ſemite eſt ſpiritualius ſicq́; iã declaratum eſt ex hoc ſermone eſſe iſtius potentiæ & quæ materia ſit eius potentia, & quis ſit eius gradus, & quare id quod eſt in potentia ſicut diximus in pluribus locis conuertitur in actum, per mouens quod extra bit ipſum a potentia in actum, quid uero ſit mouẽs iſtã potentiam, utinam ſcirem, mouentis uero ipſum ſenſum in potentia diſpoſitio eſt itaq; manifeſta quæ ſunt

ſenſib.lia in actu iſta uero potẽtia ex quo eius perfectio eſt per ſenſibilia etiam aliquo modo & hoc poſt eorũ priuationem, & euidens etiam ſit ex ea diſpoſitione ꝙ indigeát ad eorum perfect onem ultimam ſenſibilibus, & hoc quia nobis poßib.le eſt ꝙ phantaſticemur rem ꝑ ſe & ſecundum ueritatem poſtquam ſentierimus ipſam, ſicq; non euadit quin ſit eius mouens altera duarũ rerum aut ſenſibilia in actu extra animam & ſecundũ iſtum modum eſſet iſta potentia ſenſus quidam, & hoc quia non eſſet d fferentia inter ipſam & inter potentiam ſenſus niſi potentia ſenſus comprehendat ſenſibilia quæ ſunt, iſta autem retinet illa poſt eorum latentiam & eo magis ſenſibilia fortia, & ideo quando declinauerimus ab eis ad ea ſenſibilia quæ ſunt ſub eis ſecundum uelocitatem non eſſet neceſſarium ꝙ ſentiremus eá, & uniuerſaliter ſenſui cõmuni eſt potentia ad retinendum ſpecies ſenſibilium & earum conſeruatio, ſed quando non poneremus ipſam phantaſiã ꝙ ipſa ſit ad eſſe iſtarum ſpecierum reliquarum ſicut ſenſus communis poſt ablationem ſenſibilium non quando iſte ſpecies mouent uirtutem phantaſticam adeo ꝙ ſit eis ſicut materia, eſſe autem phãtaſiæ eſt ſpiritualius quatenus eſt eis per ſenſum communem, ſequitur, ꝙ aßimiletur ſibi inuicem ſimul plures res quarum numeri adue̅tus eſt ſicut aduentus numeri rerum quas ſentimus ac etiã non eſſet poßibile nobis ꝙ phãtaſticaremur quãdo uellemus, ſed ſemper exiſteremur phantaſticãdo, & uniuerſaliter phantaſia eſſet nobis rerum neceſſariarum ſicut eſt diſpoſitio ſenſibilium, quando autem iſtud ita fuerit, igitur cauſa qua nos phãtaſticamur quadã hora

poſt aliquam horam, non eſt niſi quia quando nos ſpeculamur per iſtam potentiam ſpecies relictas in ſenſu communi, & hoc quia quando ſenſus inuenit apud ſe ſenſibilia in actu ipſe ut plurimum mouetur ab eis ſolum, quando autem latent ipſum reuertitur ipſum mouens iſtam potentiam per ſpecies relictas in eo ab ipſis ſenſibilibus & ideo operatio iſtius potētiæ fuit magis in ſomno. Sicq; ſenſibilia ergo mouent ſenſum communem, ſpecies autem uenientes ad ſenſum communem mouent iſtam potentiam hoc eſt potētiam phantaſiæ ſicut res mouentur a ſe inuicem, ſed huic potentiæ eſt compoſitio & differentia per illas ſpecies & ideo ſunt actiuæ aliquo modo, & paſſiue aliquo modo, & hinc apparet ꝙ iſta potentia ſicut diximus ſpiritualior ſenſu ſed cum hoc eſt generis ſenſus quia mouens ipſum, & ſingulare, recipiens autem recipit ſimile ei quod largitur mouens, mouēs autem largitur ſimile ei quod eſt in ſe, mouens uero ex quo eſt uniuerſale eſt nobilius dignitate q̄ hoc quia eius aduentus non eſt ultimus ſicut poſtea declarabimus, quoniam uero iſta potentia eſt potentiarum animæ eſt generabilis & corruptibilis, ſicq; eſt itaq; manifeſtum ex eo quod inuenitur primo in potentia, deinde eſt in actu, potētia autem ſicut diximus multotiēs eſt propriiſſima cauſarum nouitatis nouum autem ſicut diximus eſt corruptibile neceſſario. Ac ēt eius perfectio eſt per ſpecies relictas in ſenſu communi inter ſenſus, ſpecies uero neceſſario fiunt ex ſenſibilibus, illa ergo eſt denuo facta. Ac etiam prima præparatio iſtius potentiæ eſt ſicut diximus in anima nutritiua mediāte perfectione prima ſenſus & ambæ ſunt no

uiter facte, ſicq; ergo prima perfectio iſtius potentiæ eſt noua ſicq; iam declaratum eſt ex hoc ſermone eſſe iſtius materiæ, & quis ſit eius gradus & quod ſit mouens ipſum, & declaratum eſt cum hoc de eius diſpoſitione ꝙ ſit generabilis & corruptibilis, propter quid uero ſit iſta potẽtia eſt itaq; propter appetitum qui eſt ex ea, quando coniungitur iſti potentiæ motus ſecundum locum, & hoc quia per potentiam phantaſiæ coniunctam cum appetitu mouentur animalia ad quærendum, utile & remouet noxium, ſicq; loquemur de hoc propriæ in ſermone de potentia motiua animalis. Poſtquam autem compleuimus ſermonem de iſta potentia loquemur itaq; de potentia rationali, quia de illius diſpoſitione uidetur ꝙ ſuccedat iſti potentiæ ſecundũ gradum & hoc quia impoſsibile eſt ꝙ animali ſit potentia excellẽtior q̃ iſta hoc eſt phntaſtica niſi in homine quæ eſt potentia rationalis.

SERMO DE POTENTIA RATIONALI.

QVoniam ut in multis locis diximus ſciẽtia rei peruenit ad perfectionem quando præmittitur primo & ſcitur eſſe rei ſi non fuerit per ſe notum & deinde inquiritur intelligere eius eſſentiam & quidditatẽ per res ex quibus conſtat, & ultra quæritur poſt hoc ſcientia rerum quibus eſt eius conſiſtentia quæ ſunt paſsiones eſſentiales ſicq; conuenit ꝙ perſcrutemur iſtas eaſdem res de iſta potentia, & incipiemus primo & dirigemur ad mo=

dum quo cadit ueritas ent tatis potentiæ & eius habitudo ad reliquas potẽtias quæ præceſſerunt d inde perſcrutabimur eius diſpoſitionem an ſit aliquando potentia & aliquando actus aut actus continuo ſicut opinantur quidam homines. Eius uero operationes ocio ſunt in pueritia quia eſt immerſa humiditati. An quædam eius ſit potentia & quædam actus quia iſta conuenientia omnium omni re ad perſcrutãdum de ea & de eius diſpoſitione eſt qua ualde diferunt antiqui, & hinc cõſtat id quod eſt deſiderabilius de eius diſpoſitione hoc eſt an ſit æterna aut noua corruptibilis uel compoſita ex re æterna & re noua. Et ſi ſit aliquãdo potentia et aliquãdo actus eſt actus materialis neceſſario, quid eſt iſta materia & qui ſit eius gradus et quod ſit ſubiectũ iſtius præparationis & potentiæ quia potentia eſt ex hijs quæ non diſtinguuntur & an ſit corpus aut anima aut intellectus. Ac etiam quid ſit mouens iſtam potentiam & extrahens ipſam ad actum & ad quam menſuram motionis terminetur ſecundum eſſentiam iſtius actus in nobis quia per hoc conſtabit nobis perfectio ultima, quoniam manifeſtum eſt ꝙ iſta potẽtia non ſit primo ſecundum eius ultimam perfectionẽ nobis multitudini hominum & ipſa ſit in cremento cõtinuo, ſed impoſsibile eſt ꝙ præcedat eius diſpoſitio in infinitum quia natura abhorret iſtud. Iſta itaq; ſunt omnia quæſita quæ conuenit ꝙ perſcrutemur de diſpoſitione iſtius potentiæ quia per eorum notitiam peruenit nobis eius ſcientia perfecta. Res autem quas accipiemus præmiſſas ad declarationem iſtarum rerum ſunt altera iſtarũ duarum rerum uerarum aut concluſiones ſillogiſticæ

que

quæ iã declaratæ ſunt in eo quod præmiſſum eſt de iſta ſcientia aut res per ſe uere hic, et ꝙ ſermones qui fiũt ad hoc ſint compoſiti ex iſtis duabus ſpeciebus præmiſſarum, ſicq; dirigemus ad ſingulas eorum ſpecies quando utemur illis. Et dicimus ꝙ manifeſtũ ſit ex eo quod diximus in pluribus locis ꝙ rerum comprehenſarum ſint duæ ſpecies aut uniuerſalis aut ſingularis & ꝙ iſtæ duæ res ſint in ultimo differentiæ, & hoc quia uniuerſalis eſt comprehenſio rei uniuerſalis denudatæ a materia, comprehenſio autem ſingularis eſt comprehenſio rei in materia, quando autem iſtud ita fuerit, potentiæ itaq; quæ comprehẽdunt iſtas duas res neceſſario ſunt abſtractæ. Iam autem declaratum eſt in eo quod præceſſit ꝙ ſenſus & phantaſia comprehendant res in materia licet non recipiant ipſas receptione materiali ſecundum id quod præceſſit, & ideo nos non poſſumus imaginari colorem negatum a magnitudine & figura tanto minus ꝙ ſentiamus ipſum, & uniuerſaliter nos nõ poſſumus imaginari ſenſibilia negata a materia ſed comprehẽdimus ea in materia, qui eſt modus quo ſunt ſingularia, comprehenſio autem rei uniuerſaliter quiditatis eſt econuerſo huius, quia nos denudamus eas a materia quadam denudatione, & id quo plus declaratur iſtud eſt de rebus remotis a materia, ſicut linea & punctus ſicq; ergo iſta potentia cuius ſemite eſt ꝙ comprehẽdat rem denudatam a materia eſt neceſſario alia potentia a potentijs quæ præceſſerunt, manifeſtum autem eſt ꝙ operatio iſtius potentiæ nõ eſt ꝙ comprehendat rem denudatam a materia ſolum, ſed ſi componantur ſibi inuicem iudicabis de quibuſdam eorum per ali

qua & hoc quia compoſitio eſt neceſſario operationis aduenientibus ſimplicibus. Prima autem operatio operationum iſtius potentiæ uocatur formatio. Secũda autem eſt uerificatio, euidens autẽ eſt hic q̃ neceſſario diuidantur potentiæ animæ iſta diuiſione propter diuiſionem rerum comprehenſarum & q̃ non ſit in animalibus hic alia potentia iuuans eſſe eius præter iſtas potentias. Et hoc quia ex quo perfectio eius eſt q̃ moueatur a ſenſibilibus, ſenſibilia autem ſunt euidentia aut occulta ſicq; neceſſarium eſt q̃ poſita ſit ei potentia ſenſus et potentia phantaſiæ ſolum quia non eſt hic aliquis modus ſenſibilibus cuius comprehenſione indigeat anima præter iſtos duos; aut quod admittis eas, quoniam autẽ quædam animalia etiam quæ ſunt homines impoſsibile eſt ſuum eſſe ſecundum duas iſtas potentias ſolum, ſed quando fuerit ei potentia qua comprehendit res negatas a materia & componit res ad ſe inuicem & extrabit ex ſuo animo quaſdam ex quibuſdam donec perficiantur ab ea plures artes quæ adiuuant eius eſſe, & hoc ex parte neceſſarij aut ex parte nobilioris, ſicut ẽ neceſsitas qua poſita eſt in homine iſta potẽtia hoc eſt q̃ largiatur principia prudentiæ adiuuantia ad opus, ſed iam apparet q̃ ipſa largiatur alia principia quæ nõ ſunt parata ad opus omnino. Ipſa autem adiuuant ad eius eſſe ſenſatum non utilitate neceſſaria, ſed ex parte melioris, quæ ſunt principia ſcientiarum ſpeculatiuarum, quando autem iſtud ita fuerit ueritas itaq; eſt q̃ inueniamus iſtam potentiam ex parte eſſendi ipſam nobilem in eſſe ſenſato, & hinc apparet, q̃ iſta potentia primo diuidatur in duas partes quarum una eſt intelle

ctus practicus & altera ſpeculatiuus. iſta autem diuiſio accidit ei neceſſario propter diuiſionem ſuorum ſubiectorum & hoc quia alterius earum operatio & perfectio eſt in rebus artificialibus poſſibilibus. Secunda autem eſt de rebus neceſſarijs quarum eſſe non eſt noſtri arbitrij, quando autem declaratũ eſt eſſe iſtius potentiæ ꝙ differat a reliquis potẽtijs quas numerauimus & declaratum eſt etiam cum hoc ꝙ ipſa diuidatur in duas partes, conuenit itaq; ꝙ ſpeculemur poſt hoc res quæſitas quas utraſq; earum numerauimus licet plures earum ſint communes ambabus, incipiemus autem a potentia practica quia diſpoſitio huius eſt facilior & non eſt eius iuditium magnum. Ac etiam itaq; iſta potentia eſt potentia communis omnibus hominibus quã non euadit aliquis homo, ſed ſunt in ea ſecundum gradus ſecundum plus et minus, de diſpoſitione uero ſecundæ potentiæ apparet ꝙ ſit ualde diuina, & ꝙ illa inueniatur in quibuſdam hominibus qui primo ſunt intenti in iſtam potentiam, dicimus autem ꝙ iſta intelligibilia practica ſiue fuerint intelligibilia aut potẽtiæ aut artes fiunt & ſunt nobis primo in potẽtia et ſecũdo in actu. iſtud itaq; eſt manifeſtum de eorum diſpoſitione, apparet enim apud animaduertentiam ꝙ plura intelligibilia quæ perueniunt ab eis ſint per experientiam, experimentum autem fit primo per ſenſum. Et phãtaſiam ſecundo, quando autem iſtud ita fuerit iſta itaq; intelligibilia indigent ad ſuum eſſe ſenſu & phantaſia & illa fiunt in illarum nouitate & corrumpuntur in cõrruptione phantaſiæ, uerum autẽ iſta phantaſmata procedunt ſemita ſubiecti ad iſtam potentiã aut ſemita mo

uentis ſicut eſt diſpoſitio reliquorum ſenſibilium quæ ſunt ſenſui communi cum potẽtia phantaſiæ. Videtur quidem q̃ eorum ſemita ad eam ſit ſemita ſubiecti & hoc quia diſpoſitio phantaſmatis eſt diſpoſitio ipſius met intelligibilis, eſt igitur ſecundum ſemitam mouentis ſed eſt inſufficiẽs ad hoc, uniuerſale enim eſt abſtractum ſecundum eſſe a phantaſmate & ſi phantaſmata eſſent mouentia ipſam ſolum neceſſario eſſet ſue ſpeciei, ſicut eſt diſpoſitio ſenſibilis & phãtaſticabilis, magis itaq; declarabimus iſtud in ſermone de ĩtellectu ſpeculatiuo & ibi dicemus eſſe iſtius mouẽtis, & quid ſit, quando autem phantaſmata non fuerint mouentia ſolum iſtius & ſunt unum eorum quibus perficitur comprehenſio uniuerſalis. Eſt itaq; aliquo modo ſicut ſubiectum uniuerſalis quia fuit ut præparatio & potẽtia uniuerſalis. Cui colligantur & per iſtam præparationem diſtinguuntur anima phantaſtica hominis & anima phantaſtica animalis, ſicut diſtinguitur anima nutritiua animalis ab anima nutritiua uegetabilis ꝑ præparationem quæ eſt nutritiuæ animali ad recipiendũ ſenſum, iſta autem præparatio non eſt aliqua res omnino ultra diſpoſitionem ad recipiendum intelligibilia e contrario diſpoſitionis potentiæ ſenſus, quando autẽ totum iſtud fuerit ſicut diximus euidens itaq; eſt de diſpoſitione iſtorum intelligibiliũ q̃ ſint generabilia corruptibilia & huic non obſtat aliquis perypatheticorũ, & hoc quia euidens eſt q̃ iſta phantaſmata non ſint ſubiecta aliquo modo iſtius potẽtiæ, ſed perfectio iſtius potentiæ, operatio uero eius eſt quando inueniuntur formæ phãtaſticatæ in mẽte & extractione ab eius animo

ſequitur ex illis eſſe rerum operatarum per artem,ſi autem eſſent iſta intelligibilia ſine anima phantaſtica ſuum eſſe eſſet labor & fruſtra,iſta autem ſpecies formarum phãtaſticarum inuenitur itaq; pluribus in animalibus ſicut exagona quæ inueniũtur apibus & texere quod eſt araneæ,ſed differẽtia inter illas & eas quæ ſunt homini, eſt quia peruenientes ex cogitatione & extractione ab animo, & in animalibus perueniunt a natura,& ideo non perficiunt ſuas operationes ſecundum ſpecies diferentes ſed unumquodq; animal adipiſcitur quandam formam terminatam quæ eſt neceſſaria ad ſuam permanentiã & ex hoc putant quidam homines q̃ animal intelligat & per hanc.potentiã homo amat & odit et retinet et amplectitur,et uniuerſaliter ex illa ſunt uirtutes morales,& hoc q̃a eſſe iſtarum uirtutum non eſt aliqua res præter eſſe phantaſmatum,ex quibus promouẽtur iſte operatiõnes ſecundum ultimum rectitudinis & hoc q̃ præualet gratia exempli in loco conueniente & ſecundum menſuram conuenientes. Illa autem iſtarum uirtutum quæ eſt animalibus ſicut fortitudo leoni, & parſimonia galli eſt itaq; dicta ſecundum aliquam ſpeciem analogiæ cũ uirtutibus humanis & hoc quia illę ſunt naturales animalibus & ideo multotiens operantur eas in loco qui non conuenit; intellectus autem de quo meminit Ariſtotiles ſexto Nizomachie attribuitur iſti potentiæ aliquo modo, iſte itaque eſt ſermo de intellectu pratico.

EX LIB. ARISTOTELIS SERMO DE INTELLECTV SPECVLATIVO.

SErmo uero de ſpeculatiuo eſt ex hijs quæ requirunt maiorem declarationem. Et iam uarij fuerunt perypathetici a tẽpore Platonis uſq; ad initium legis maurorum, nos autẽ perſcrutabimur hoc ſecundum noſtrum poſſe & ſecundum adiumentũ quod inuenitur huic ex eo quod præceßit. Dicimus autem ꝙ principium eius quod conuenit ꝙ ſpeculemur de diſpoſitione iſtorum intelligibilium ſpeculatiuorũ, an ſint ſemper actus, aut ſint potentia actus, & deinde ſecundo actus, & eſſent entia materialia, quoniã ſermo de eſſe quorundam eorum ſemper actus & quorundã potentia eſt ſermo manifeſti caſus per ſe, formæ enim non diuiduntur ſecundum ſuam ſubſtantiam, neq; quædam earum ſunt ſubiecta aliquibus inuenitur aũt iſtud formis ex parte materiæ hoc eſt ex parte qua ſunt ſingulares hoc autem notũ eſt ei qui aliquo exercitio exercuerit ſe in hac ſcientia, uiam autem ad hoc ſicut diximus ab initio iſtius libri eſt ꝙ ſpeculemur. An earũ continuatio nobiſcum ſit continuatio ſimilis continuationi rerum ſeparatarum in materijs ſicut dicitur de intellectu ꝙ ipſe continuetur nobis tempore acquiſitionis adeo ꝙ non ſit differentia inter eſſe intelligibiliũ a nobis tempore pueritiæ & ſenectutis ex quo ſunt in actu, ſed in pueritia ſunt immerſa humiditati, & uniuerſaliter oportet ꝙ dicamus ꝙ ſit nobis diſpoſitio quæ adiuuat nos adipiſci illa, quando autem ipſum ſubiectum recipiens ea peruenerit ad eius ultimam præpa-

rationem apparẽt in eo iſta intelligibilia & eorum cõprehenſio & ſecundum hoc non indiget quando perueniunt nobis intelligibilia a motore ſui generis, hoc eſt, q̃ ſit intellectus, ſi autem fuerit, omnino eſt per accidens ſicut qui remouet eruginẽ a ſpeculo eſt aliquo modo cauſa deſcriptionis formarum in eo. Neq; etiam dictum noſtrum de eis q̃ ſint nobis in potentia tẽpore pueritiæ eſt ſecundum diſpoſitionẽ dicti materialis, ſed ſecundum modum accommodatum qui ſimilis eſt diſpoſitioni ad quam perſpectiui extendunt nomen potentiæ. Aut dicemus q̃ continuatio iſtorum intelligibilium nobis ſit continuatio materialis quæ eſt continuatio formarum in materijs, conſtãtia autem huius eſt hoc modo, & hoc quando numeramus diſpoſitiones eſſentiales formis materialibus inquantum ſunt materiales, deinde aduertimus. An iſta intelligibilia denominentur per aliquas earũ? nec ne? Et dicamus q̃ iam apparuerit ex eo quod præmiſſum eſt q̃ formis materialibus ſint gradus & potentiæ etiam & præparationes ordinatæ ſecundum ordinem earum. Prima itaq; ſpecies ſpecierũ formarum materialium eſt formarum ſimpliciũ, quarum ſubiectũ eſt materia prima, quæ ſunt grauitas & leuitas, deinde poſt hæc ſunt formæ corporum ſimilarium partium deinde anima nutritiua, deinde ſenſitiua deinde phantaſtica, unaquæq; autem iſtarum formarũ quando aduertemus in eas inueniemus eis res ambiẽtes illas, & conueniunt in eis quatenus ſunt materiales ſimpliciter, & aliquas res quibus appropriatur unaquæq; earum aut plures q̃ una ex parte qua ſunt materiales quædam, id autem quo appropriantur formæ ſimpli-

ces, eſt quia materia non denudatur ab altera duarum formarum oppoſitarum ſicut ſunt calor & frigus & humiditas & ſiccitas id autem in quo conueniunt formæ ſimplices & formæ ſimilarium partiũ eſt quia illę diuiduntur ad diuiſionem ſuorum ſubiectorum & aduenit eis differentia uera, ſicq; conuenit ambabus forma nutritiua in iſtis duabus diſpoſitionibus, licet differant ſecundum ipſum met eſſe eorum, propter affinitatem autem iſtius animæ ad formam complexionalẽ putauerunt de ea, ꝙ ſit complexio appropriatur autem forma ſenſitiua ꝙ ipſa diuidatur ad diuiſionem materiæ ſecundum diſpoſitionem qua partitur forma complexionalis & ideo poßibile eſt ei ꝙ recipiat duo contraria ſimul & magnum & partium ſecundum unam diſpoſitionem. Conuenit autem cum anima nutritiua ꝙ ipſa utitur organo, anima autẽ phantaſtica appropriatur quia non indiget in eius operatione inſtrumento organico, conueniunt autem iſtę formæ materiales ſimpliciter in duabus rebus quarum una eſt quia ſuum eſſe ſucceßit per ſe, & hoc quia propinqua & remota eſt ſicut diſpoſitio formarum complexionalium & animalium de quibus facta eſt mentio. Secũda autem eſt ꝙ numeretur per ſe ad numerationem ſubiecti & multiplicantur ad eius multiplicitatem; quia de duobus iſtis attributis uerificatur diſpoſitio nouitatis & ſi non, non eſſet ibi generatio omnino, iã autem lõgiores fuimus in hoc ab initio iſtius libri, iſta autẽ diſpoſitio de numeratione animarum ad numerationem ſuorum ſubiectorum latuit dicentes tranſmigrationem, iſta itaq; ſunt omnia prædicata eſſentialia quæ inueniuntur formis

materialibus

materialibus ex parte qua conueniũt & ex parte qua appropriantur. Sicq; inuenitur formis materialibus in quantum ſunt materiales diſpoſitio tertia, quæ eſt, ꝙ ſint compoſite ex aliqua re quæ in eis procedit ſemita formæ & aliqua re quæ procedit in eis ſemita materiæ. Continet autem formas materiales diſpoſitio quarta quæ eſt ꝙ intelligibile ſit aliud ab ente. Nos aũt quando *animaduertimus intelligibilia inuenimus eis plures res quæ appropriãt eas quæ apparẽt apparẽtia maiori ſecundũ finiãt in eſſe reliquas formas animaliũ, & ex iſtis rebus putauerũt ꝙ ſint entia in actu cõtinuo & ingenerabilia, ſi autem eſſent generabilia eſſent corruptibilia quia eſſent habentia materiam, ſed manifeſtũ eſt ꝙ iſte res quæ appropriant ea, non ſufficiat, ꝙ conſtent ꝙ non ſint materiales niſi altera rerũ, aut ꝙ quando ponimus omnes res proprias formis materialibus quatenus ſunt materiales denegate ab eis, aut ꝙ cõſtet ꝙ aliquæ rerum quæ appropriant eas ſint ex hijs quæ appropriant res ſeparatas, hoc autem eſt manifeſtum per ſe ei qui exercitatus fuerit in arte logicæ.* Nos au*tem numerabimus res proprias iſtis intelligibilibus et aduertemus.* An *una earũ appropriet res ſeparatas? nec ne? & ſi non fuerint propria.* Verum *cũ iſtis rebus uniuerſalibus inueniũtur formis materialibus inquantum ſunt materiales aut non inueniũtur.* Dicimus au*tem ꝙ appareat itaq; de diſpoſitione entitatis formarũ intelligibilium hominis ꝙ ipſe ſint alterius ſpeciei differentis ab eſſe reliquarum formarum animalium quia eſſe iſtarum formarũ in ſuo ſubiecto demõſtrato aliud ab earum eſſe intelligibili, & hoc quia ſunt unite ex*

parte qua ſunt intelligibiles & plures ex parte qua ſunt ſingulares & in materia, eſſe uero formarum intelligibilium iam putatur q ſit ipſum met eſſe earum demonſtratum, ſi autem intelligibile earũ fuerit aliud ab eſſe, quo modo eſt alienitas modi quo dicimus de reliquis formis q ens earum ſit aliud ab intelligibili. Si uero intelligibile earum fuerit aliud ab ente quo uis modo fuerit ipſum itaq; eſt generabile corruptibile, ſi autem intelligibile earum ſit ipſum ens ipſe itaq; ſunt ſeparate, & in eis eſt aliqua res qua diferunt, ſed ſequitur ex noſtra denominatione q intelligibile differat ab ente ſecundum modum præter modum quo difert intelligibile ab eſſe reliquarum formarum quæ non ſunt ſeparate, quia non eſt notũ ex hoc ſermone, q non ſit eis habitudo ad materiã, ſed bene declaratur ex hoc q ſi fuerit eis habitudo illa eſt alia ab habitudine quæ eſt ad illas formas, et fortaſſe illa habitudo appropriat ſolũmodo ad formas materiales, id autẽ quo differant etiã iſta intelligibilia a reliquis formis animalibus eſt quia illorum comprehenſio eſt infinita ſicut declaratum eſt de diſpoſitione uniuerſalis, reliquarum uero potentiarum comprehenſio eſt finita, & iã putauerunt ex hoc q ſint immateriales omnino & non eſt in hoc dubium q ipſe ſint abſtracte ſecũdum totum quia formatio potentiæ rationalis eſt aliud a iuditio & uerificatione ex quo ſunt duæ operationes ſeparatæ, et hoc quia formatio per intellectum eſt denudatio formarum a materia, quando autem denudatæ fuerint formæ a materia aufertur ab eis multitudo ſingularis, non ſequitur autem ex ablatione multitudinis ſingularis materialis ablatio

multitudinis omnino, quia fortaſſe eſt poſsibile q. relinquatur ibi multitudo aliquo modo ſed ex parte qua denudantur formæ a multitudine terminata, et decernūt iuditiū de multitudine infinita, ſicq; ſequitur q. iſta operatio ſit potentiæ immaterialis. Alias quia ſi non ſequeretur q. comprehenſio formarum ſeparatarum eſſet infinita a finito. ¶ ſequeretur quod eſſet comprehenſio formarum materialium a finito & earum iuditium in infinitum. ¶ Quando autem iuditium formarū materialium a finito iuditium de infinito illud itaq; eſt neceſſario immateriale quia iuditium rei eſt eius cōprehenſio & per naturam qua potētia ipſum comprehendit. Ex hoc equidem apparet q. iſta potentia quæ eſt in nobis eſt immaterialis, ſed nōdum eſt declaratū q. iſtud iuditium ſit iſtorum intelligibilium uniuerſalium ſed fortaſſe eſt alterius potentiæ quæ procedit de iſtis intelligibilibus ſecundum ſemitam formæ. Id autem quod etiam appropriatur iſti comprehēſioni intellectiuæ q. a comprehenſio eſt ipſum ſubiectum, & ideo dixerunt q. intellectus ſit ipſum met intelligibile, huius autem cauſa eſt quia intellectus non eſt aliud ab eo quod negatur forma intelligibilium a materia & recipit ea receptione immateriali, contingit ei q. intelligat ſubſtantiā ſuam quia non formantur intelligibilia in ſua eſſentia inquantum ipſe eſt intelligens ea ſecundum ſpeciem ſeparatam ex quo ſunt intelligibilia rerū extra animā. Senſus uero diſpoſitio nō eſt ſic, licet enim immaginentur ſenſibilia impoſsibile eſt q. ſentiat ſuam ſubſtantiā adeo q. ſenſus ſit ſenſibile quia eius comprehēſio rei ſenſibilis eſt ex eo q. recipit ipſum in materia & ideo res

prohibita potentiæ ſenſitiuæ differt ſecundum eſſe à ſuo eſſe ſenſibili, & opponitur ei ſecundum id cuius ſe mité eſt q ſint ſecundum ipſum res oppoſitæ ſecundum capitulum ipſius eſſe, manifeſtum autem eſt q acccidat ei ex parte qua receptio intelligibilis non eſt receptio materialis ſingularis, ſed ſi eſſet hic intellectus ipſe idē intelligens omnibus modis ſicut putatur res ipſorū ſeparatorum adeo q non ſit ei habitudo ad materiam ſecundum modum aliquem modorum habitudinis quo ex timetur q intellectus ſit præter intelligibile omnino, eſſet neceſſario actus ſemper, manifeſtum aūt eſt q iſtud nondum fuerit declaratum adhuc ex bijs quæ ſuppoſita ſunt hic ex eius cognitione ad ſenſum, ex hijs autem quæ appropriant iſta intelligibilia etiam eſt quia eorū comprehenſio non fit per paßionem ſicut eſt diſpoſitio ſenſus & ideo quando uidemus uiſibile uehemēs deinde declinauerit ab illo non poſſumus ſubito quando uidebimus id quod eſt debilius, intelligibilia autē ſunt e contra, huius autem cauſa eſt quoniam ſenſus ex quo remanent in ipſo quædam formæ ſenſibiles poſtquam declarauerint ab eo quaſdam ſpecies ſimiles formis materialibus non erit q recipiat aliam formam donec deſtruitur illa forma ab eo et aufertur. Et iſtud etiam accidit ei ex parte habitudinis ſingularis. Ex eis etiam eſt quia intellectus augetur tempore ſenectutis relique autē potentiæ animæ ſunt e contrario huius ut plurimum autem iſta prædicata propria intelligibilia quando aduertes dicimus q cauſa eorum affirmationis eſt eſſe intelligibilia priuata habitudine ſingulari quæ inuenitur reliquis potentijs animæ quod eſt q intelli-

gibile ſit in ultimo differentiæ entis ſecundum quod eſt in eo res formarum ſingularium, & ſic quando uſi fue rimus iſtis proprietatibus ut rationibus nõ ualeret ho mini ad pluſquam ſit iſta ſcientia, quando uero uoluerimus ponere eas rationes ad eſſe iſtorum intelligibiliũ actum ſimpliciter & continuo uteremur iſto quæſito ut poſteriori eorum ex quorum eſſe ſequitur eſſe præcedentis ſicut eſt ſemita eius qui dixit ꝙ ſtelle ſint ignee ex quo lucent & hoc quia cuiuſq; habitudo ſingularis ad reliquas potentias animæ, quod eſt in actu continuo iam priuatur neceſſario & non conuertitur hoc donec ſequatur ꝙ quodcunq; ex quo priuatur iſta habitudo ſit in actu continuo hoc autem declaratum eſt ei qui exercitatus fuerit in arte logicæ. Id ergo quod fefellit eũ qui dixit iſtas res de ſeparatione intelligibilium eſt locus accidentis, quando autem iſtud ita fuerit & apparuerit ꝙ non ſit in iſtis rebus proprijs intelligibilibus quod declaratur de eis ꝙ ſint continuo in actu, ſpeculabimur itaq; an adueniant diſpoſitiones proprie formarum materialium ſimpliciter: nec ne? Iam autem diximus ꝙ ſint duæ res quarum una eſt ꝙ eſſe formarũ ſit conſequens tranſmutationem per ſe & ſecundum hoc fuerit de nouo. Secunda autem eſt ꝙ multiplicentur ad multiplicationem ſubiectorum multiplicatione eſſentiali ſicut putant dicentes tranſmigrationem quocunq; modo modorum multiplicationis contigerit. Dicimus autem ꝙ quando animaduertemus qualiter ſit aduentus intelligibilium nobis & præcipue intelligibilium ex quibus componuntur præmiſſe conſtantes experimento ex comprobatione. Videmur ꝙ nos indigemus

ſuo aduentu nobis ꝙ primo ſentiamus & poſt ſecundo phãtaſticemur, & tunc ſit nobis poſſibilis acceptio uniuerſalis, & ideo qui perdidit aliquem ſenſuum perdidit quoddam intelligibile, cæcus itaq; nunquam comprehendit intelligibile ſicut eſt apud nos diſpoſitio elephantis, & nõ eſt hoc ſolum, ſed etiam indiget cũ hijs duabus potentijs potentia quæ conſeruet & repetat illam ſenſationem, pluribus uicibus donec declaretur nobis ipſum uniuerſale & ideo iſta intelligibilia perueniunt nobis in tempore & ſic putatur ꝙ ſit diſpoſitio unius generis intelligibilium quæ neſcimus quando peruenerint neq; quo modo peruenerint, ſed quia ſua ſingularia ſunt nobis comprehenſa ab initio rei neq; meminimus quando peruenerit nobis iſta diſpoſitio de eis quæ peruenit nobis experimento, & hoc eſt euidens per ſe quia iſta intelligibilia non ſunt unius generis intelligibilium ſeparatorum ab experimento, & ideo eſt quod ſequitur ꝙ ſua peruentio ſit uno modo & uniuerſaliter apparet itaq; ꝙ eſſe iſtorum intelligibilium ſit conſequens tranſmutationem quæ eſt in ſenſu, & phantaſia conſequutione eſſentiali eo modo quo conſequuntur formæ materiales trãſmutationes præcedẽtes eas, et ſi nõ eſſet poſſibile ꝙ intelligeremus res plures abſq; ꝙ ſentiamus eas, ſicq; diſciplina eſſet reminiſcentia ſicut dicit Plato, & hoc quia quando poſuerimus iſta intelligibilia entia in actu continuo & nos ſumus ſecundum ultimam perfectionẽ præparationis ad recipiendum ea & hoc gratia exempli in iuuẽtute quam ob rẽ ergo (utinam ſcirem) non ſunt in continua formatione, & eſſent oẽs res note nobis notitia prima, ultimum

autem quod dicimus de hoc eſt ꝙ quando perdimus ali quod intelligibile & poſtea comprehendimus ipſum eius comprehenſio ſit reminiſcentia non peruentio no titiæ quæ non fuerat nobis ante in actu, adeo ꝙ diſcere ſcientiam ſit ſuperfluum, totum autem hoc eſt manife ſte ruine per ſe, quando autem eſſe iſtorum intelligibi lium ſit conſequens tranſmutationem per ſe illa autem ſunt itaq; neceſſario habentia materiam, & inueniun= tur primo in potentia, & ſecũdo in actu & denuo fiũt & corrumpuntur quia omne nouiter factum corrum pitur ſicut declaratum eſt in ultimo primi de Cœlo & Mundo ſicq; uidetur etiam ꝙ multiplicentur ad multi plicationem ſubiectorum, & numerantur ad eorum nu merationem, & illa eſt ſecunda diſpoſitio quæ appro= priat formas materiales ex quo eſſe iſtorum intelligi= biliũ eſt ex eo ꝙ appodientur ſuis ſubiectis extra ani= mam, & ideo id eorum fuerit uerum ipſius ſubiectum extra animam cuius totum appodiatur eius formæ phantaſticate, id autem quod nõ habet ſubiectum ſicut hyrcoceruus et chimera eſt falſum ex quo forma phã taſticata ex eo eſt falſa, & uniuerſaliter prima euiden tiã uidetur ꝙ inter iſta uniuerſaliter phantaſticata ſuo rũm indiuiduorum ſingularium ſit quædam habitudo qua uniuerſalia reduntur entia quia uniuerſale quidẽ habet eſſe ex parte qua eſt in eo quod eſt ſingulare ſi= cut pater eſt pater ex eo ꝙ ſit ei filius et accidit ambo bus iſtis cũ ſuo eſſe ad aliquid ꝙ ſua nomina ceciderint ex eo ꝙ ſunt relatiua. Proprietatum autem relatiuorũ eſt ſicut diximus in alio loco ab iſto ꝙ ſint in potentia & in actu ſimul, & quando eſt alterutrum eorum eſt

& alterum, & quando corrumpitur alterutrum eorũ corrumpitur & alterum hoc autẽ apparet ſpeculatione, & hoc quia pater eſt pater in actu omni tempore quo ſit ei filius in actu & ſic filius eſt filius omni tempore quo ſit ei eius pater, poßibile autem eſſet q̃ non referentur iſta uniuerſalia ad ſua ſubiecta ſi eſſent in actu extra animam ſicut ſibi uiſus erat Plato, manifeſtum autem eſt q̃ iſta uniuerſalia nõ habent eſſe extra animam ex eo quod diximus, & q̃ id eorum quod eſt extra animam ſint ſua ſingularia ſolum, iam autem numerauit Ariſtotiles in Mathematicis mendatia quæ ſequuntur ex iſta poſitione ex appodiatione autem iſtorum uniuerſalium ad phantaſmata ſuorum ſingulariũ eſt q̃ multiplicẽtur ad illorum multiplicationem & ſit intelligibile hominis apud me gratia exempli aliud ab eius intelligibile apud Ariſtotilem quia eius intelligibile apud me appodiatur phãtaſmatibus aliorum ſingularium a ſingularibus quibus appodiatur ad phantaſmata ſua ipſius Ariſtotelis aut per continuationẽ iſtorum formis continuatis in ſe ipſo quibus aduenit obliuio per ablationem formarum phantaſticarum, & aduenit nobis error ab eo quod animaduertimus de eis & mutatur comprehenſio illius cuius phantaſia eſt corrupta, & uniuerſaliter ex iſta parte aduenient intelligibilibus diſpoſitiones quibus apparet q̃ ſint materiales, non oratione quam putauerat Themiſtius & alij ab eo. ex hijs qui dicunt ea eſſe actum continuũ, ſemita enim iſtius ſermonis eſt q̃ ex formatione ad largitionẽ cauſæ iſtarum paßionum faciat acquirere menſuram quã facerent acquirere ſermones poetici, ac etiam ſi poſuiſſemus

ſuiſſemus iſta uniuerſalia nō multiplicata ad multipli cationem phantaſmatum ſuorum ſingularium ſenſato rum, ſequerentur itaq; ex hoc res abſurde ꝙ omne in= telligibile quod perueniret apud me perueniret apud te adeo ꝙ quando ego didiciſſem aliquam rem, tu didi xiſſes eādē, & qñ ego fuiſſem oblitus illius tu ēt fuiſ= ſes oblitus eius immo non eſſet hic diſciplina omnino neq; oblinio, et omnes ſciētiæ Ariſtotelis eſſent in actu ei qui nondum legit eius libros, totum autē hoc eſt eui dens per ſe & prolongatio in eo eſt ignauia. Sicq; iam declaratum eſt ex hoc ſermone ꝙ iſta intelligibilia cōn ſequuntur transmutationem & ꝙ ipſa multiplicantur ad multiplicationem ſuorum ſuobiectorū. Sed alio mo do q̃ eo quo multiplicantur formæ ſingulares, & decla ratum eſt ibi ꝙ ſint habentia materiam & ꝙ ſint noui= ter factibilia et corruptibilia. Ex parte uero qua ſunt materialia & demonſtrata ſequitur neceſſario ꝙ ſint compoſita ex aliqua re quæ procedit ſecundum ſemi= tam materiæ & ex re quæ procedit ſecundum ſemi= tam formæ. Res uero quæ procedit ſemita formæ quando illud itaq; fuerit intellectum apparet ex eo quod ſit ingenerabile & incorruptibile hoc autem declaratur quibuſdam præmiſſis, quarum una eſt ꝙ omnis forma intelligibilis ſit aut materialis aut imma= terialis. Secunda autem eſt ꝙ omnis forma immateria= lis quādo eſt intellecta iam eſt intellecta in actu, & ſi nō ipſa eſt itaq; intellecta in potentia. Tertia autem eſt ꝙ omnis forma immaterialis eſt intellectus ſiue fuerit in tellecta aut non intellecta. Quarta autem & quinta eſt contrarium iſtarum duarum præmiſſarum; quæ ſunt,

ꝙ omnis forma quæ ſit intellecta quando intelligitur eſt materialis. Et ꝙ omnis forma ſit quæ ſit in ſe intelle ctus & ſi non intelligitur eſt immaterialis, quando aũt fuerint cõuerſe nobis iſte præmiſſe quæ ſunt manifeſte ex natura intellectus et intelligibilis, dicimus ꝙ iſte for mæ, quæ ſunt formæ intelligibilium ſpeculatiuorum cõ uenit ꝙ ſint immateriales quia ipſe ſunt itellectus in ſe, ſiue intellexerimus eas nos, ſiue nõ intellexerimus eas, quia ſunt formæ ſolum, quæ ſecundum ſuum eſſe ſunt intellectus, licet poſuerimus eas intellectas in actu quo dam modo & in potentia aliquo modo, ſicq; ibi ſequi= tur ꝙ omne generabile ſit corruptibile quæ eſt res quæ rediit intellecta in actu poſtquam fuit in potentia, & rediit etiam quæſtio de hac an ſit intellecta in actu ali= quo modo & in potentia aliquo modo, ſi autem ita po= ſuerimus ſequitur ꝙ ibi eſſet intellectus tertius & ideo non conuenit ꝙ ſit intellecta ab intellectu qui eſt in actu cuius id quod eius eſt ens eſt ipſe met nõ aliud ab ente ſicut eſt diſpoſitio formarum materialium quæ ſunt in tellecte in potentia. Nunquid autem non ſint intellectus humani infiniti, ſed eorum immaginatio ſit poſsibilis iſtud itaq; declarabitur ex noſtro ſermone in eo quod eſt poſt hoc ſicq; ex hoc apparebit ꝙ intelligibilium ſit quædam pars deſinens eſſe & aliqua pars permanẽs, & ideo peruerſa eſt intentio ſpeculantium ea. Poſtquã autem iam eſt declaratum, ꝙ intelligibilium ſit quædã pars permanens & aliqua pars generabilis corrupti bilis, & ꝙ omne generabile habeat materiam, ſicq; ſpe culabimur quæ ſit ſubſtantia iſtius materiæ & quis gra dus ſit eius gradus, & dicemus ꝙ qui poneret iſta intel

ligibilia entia in actu perpetuo æterno diceret q̃ nõ ſit eis materia niſi ſecũdum modum exempli & tranſum ptiue quia materia eſt propriiſſima omnium cauſarũ innouationis, & hoc quia diſpoſitio materiæ ſecũdum iſtam opinionem non eſt aliqua res ultra præparationem nouam qua eſſet poßibile q̃ formarentur iſta intelligibilia & comprehenderemus ea, non q̃ iſta præparatio ſit unum eorum quibus conſiſtunt iſta intelligibilia quia illa eſt eis ſecundum diſpoſitionem materialem ueram & ideo poßibile itaq; eſt q̃ iſta præparatio imaginetur noua, et intelligibilia quæ recipit æterna ſecundum iſtum modum, & ille eſt modus quo conuenit q̃ dicat quicunq; ponit iſta intelligibilia entia perpetuo & eo continuantur, Themiſtius uero & alij antiquiores expoſitores ponunt iſtam potentiam quam uocant intellectum materialem æternam, & ponunt intelligibilia quæ ſunt in eo generabilia corruptibilia & quod ſunt colligata formis phantaſmatum. Alij uero ab eis & qui procedunt ſua ſemita ſicut Auicenna & alij contradicunt ſibi ipſis in eo quod ponunt ipſi autem non ſentiunt q̃ contradicũt & hoc quia ipſi ponunt cũ hoc q̃ ponũt q̃ iſta intelligibilia entia æterna ſint noua, & ſint tamen habẽtia materiam æternam & hoc quia ipſa ſignificant q̃ ei ſint intelligibilia quæ aliquãdo ſint in potentia & aliquando in actu, & illi qui ponunt ea etiam habentia materiam, quum autẽ ſicut putauerãt non aduenìunt paßiones materiales, & ſunt in eis reliquæ proprietates quas numerauimus, propterea iudicauerunt q̃ iſta materia ſit æterna & q̃ iſta intelligibilia ſint æterna, neſcio quid dicam de hac cõtradictione,

quia id quod eſt in potentia & poſtea inuenitur in actu neceſſario ſit nouum, niſi intenderet hic per potentiam diſpoſitionem quam diximus in eo quod præmiſſum eſt quod eſt eſſe intelligibiliū immerſorū humiditati in nobis et probibita nobis adeo q̃ nequimus immaginari ea niſi q̃ ſint ſecundum ſuam ſubſtātiam priuata omnino, & eſſet dictum noſtrum q̃ ſint habentia materiā ſecundum ſemitam accomodationis, ſed inuenimus q̃ putāt, q̃ ſequitur ea materia uera, & eo maxime Themiſtius, et hoc quia ipſe dicit, ex quo quicquid eſt in potentia res una non erit in ea aliqua res actus ad quem eſt potentialis ſicut eſt diſpoſitio colorum et uiſus, quia ſi uiſus eſſet habens colores non eſſet poßibile ei q̃ ſe intromitteret in colores & reciperet eos q̃a eſſet diſpoſitionis illius coloris qui eſt in eo & ideo putauerunt q̃ nō ſit in intellectu materiali aliqua res formarum quæ ſunt in eo & deinde in intellectu. Ego autem dico, utinam ſcirem iſtam potentiam in qua eſt iſta præparatio ad recipiendū intelligibilia. An putent q̃ ſit aliqua res in actu nec ne, & non poſſunt euadere ab hac, quia ipſa poßibilitas & præparatio quæ nouiter fit ſit ex hijs quæ neceſſario indigent ſubiecto ſicut declaratur in primo de auſcultationibus phiſicis, quando autem fuerit aliqua res ipſa itaq; eſt neceſſario actus, quia ſubiectū in quo nō eſt aliquid actus omnino eſt materia prima, impoßibile autē eſt q̃ ponatur materia prima recipiēs iſta intelligibilia, quādo autem fuerit aliqua res ipſius actus illud itaq; eſt corpus aut anima aut intellectus q̃a tam apparebit poſtea q̃ nō ſit hic eſſe quartum, impoßibile autē eſt q̃ ſit corpus ex eo ſermone qui præmiſſ-

ſus eſt de diſpoſitione iſtorum intelligibilium, ſi autem poneremus ipſam animã eſſet neceſſario generabilis et corruptibilis, quando autem eſſet corruptibilis prepa ratio eſſet dignior corruptione, quando autem non fue rit anima neq; corpus eſt neceſſario itellectus & illud eſt quod apparet ex illorum ſermone, ſed ſi ſit intelle= ctus ipſe itaq; eſt in actu in aliqua ſpecie quæ eſt in po= tentia ad illum hoc autem eſt abſurdum, quia potentia & actus ſunt contradictorij, non eſt autem aliquis mo= dus in hac conſequentia q̃ ponamus partem iſtius ma= teriæ potentialem & partem eius actum, quia forma eſt indiuiſibilis entitatis niſi per accidens & ponat ſup ponens q̃ tranſmutatio ſecundum ſubſtantiam menſu= ret tranſmutabile ſecundum quantitatem, hoc autẽ eſt falſum, & ideo oportet eum qui ponit iſta intelligibilia æterna q̃ non ponat eis materiam niſi ſecundum modũ accõmodationis eo magis q̃ ponat eã æterna, neq; opor tet nos etiam introducere mouens ab extra quod ſit ſpe ciei ipſius mobilis inquantum ſit aliud ab ea, & qua ſit accidit eis iſte error quia intenderũt aggregationis uie Platonis & Ariſtotelis, & hoc quia ipſi inueniunt q̃ Ariſtotiles ponat q̃ hic ſint tres ſpecies intellectuum. Quorum unus eſt intellectus materialis, & ideo in ha bitus in habitu qui ẽ perfectio iſtius materialis, tertio aũt eſt extrahens illum a potentia ad actum qui eſt in= tellectus agens ſicut eſt de eo diſpoſitio reliquarum re= rum naturalium, & putauerunt etiam q̃ iſta intelligi= bilia ſint æterna intenderunt ponere ſermonẽ Ariſto= telis & coniungũt ipſum iſtis rebus cõtradictorijs, hoc aũt ſicut meminit Alexander in ſuis ſermonibus app a

ret q̄ eius opinio in hoc ſit contraria opinioni eorũ, relinquamus aũt hoc ei qui uocat ad perſcrutandum ſemitam Ariſtotelis in hoc, & redeamus ad id unde receſſerimus & dicamus, q̄ poſtquam iam declaratũ fuerit q̄ iſta intelligibilia nouiter fiant, eſt itaq; ibi præparatio quæ præcedat ea, quia aũt præparatio eſt ex hijs quæ nõ ſeparantur ſequitur q̄ ſit in ſubiecto, impoßibile aũt eſt q̄ iſtud ſubiectum ſit corpus ſicut declaratum eſt ex quo iſta intelligibilia ſunt immaterialia ſecundũ modũ quo formæ corporeæ ſunt materiales. Et impoſſibile etiam eſt q̄ ſit intellectus quia id quod eſt in potẽtia aliqua res non eſt in eo in actu aliqua res illius ad q̄d eſt potentiale, q̄n autem iſtud ita fuerit ſubiectum itaq; iſtius præparationis eſt anima, non apparet aũt hic aliqua res propinquior q̄ ſit ſubiectum iſtorum intelligibilium inter potentias animæ præter formas phantaſticatas, quia iam declaratum eſt q̄ illa inueniuntur connexa eis & illa ſunt eis exiſtentibus & conſiſtunt per ea & priuantur in eorum priuatione, igitur præparatio quæ eſt formis phantaſticis ad recipiendum intelligibilia eſt intellectus materialis primus, ſed ad hoc ſequitur q̄ res recipiat ſe ipſam quia res phantaſtica eſt ipſamet res intelligibilis. Ideo autem id quod apparet q̄ ſequitur eſt q̄ ſit intellectus qui eſt in potentia una res, o utinam ſcirem quæ res ſit iſta, forſan aũt hoc eſt ſicut dicit Ariſtotiles ſubſtãtia quæ habet in potẽtia omnia intelligibilia, in ſe autem non eſt aliqua res rerum, quia ſi eſſet aliqua res in ſe non intelligeret omnes res, q̄a intellectus eſt recipiens res aũt non recipit ſe ipſam. Et ideo uidetur de diſpoſitione intelligibiliũ, q̄ ipſa ſit

connexa duobus ſubiectis quorum primū eſt æternum cuius habitudo ad ea eſt habitudo primæ materiæ ad formas ſenſibiles. Secunda aūt eſt generabile & corru ptibile quæ ſunt formæ phantaſticæ, & illud eſt aliquo modo ſubiectū & aliquo modo mouens, intellectus aūt qui eſt in habitu intelligibilium peruenientium in eo in actu q̄n conuerſa fuerint ſecūdum ſemitā qua imagina tur per ea homo, q̄n intendit per intentionem docentis q̄n non docet, ipſa aūt perueniūt in actu ſecūdum eius ultimā perfectionem & ſecundum iſtā diſpoſitionē per ueniunt ſcientiæ ſpeculatiuæ & hoc quia inueniūtur ho mini qui eſt talis diſpoſitionis in omnibus ſcientijs ſpe= culatiuis quatuor p̄fectiones quæ numerantur in per= fectionibus artiū in libro poſteriorum & per iſtā præ parationē quæ inuenitur homini in formis phātaſticis ad recipiendū difert anima eius phantaſtica ab anima phantaſtica animaliū ſicut difert anima nutritiua plan tarū a nutritiua animaliū per præparationem quæ eſt in ea ad recipiendū ſenſibilia, ſed differentia quæ eſt in ter eas eſt, quia præparatio quæ eſt formarū phantaſti carum ad recipiendū intelligibilia eſt receptio non ad= mixta cū formis phantaſticis quia ſi eſſet admixta eis ip ſa nō poſſet intelligere formas phātaſticas, ſicut ſi ſen ſus eſſet coloratus non eſſet poſſibile ei q̄ reciperet colo res, & iſta eſt intentio dicti eorū q̄ intellectus materia lis haberet formā propriam nō reciperet formas, ſed phantaſmata ſunt digniora q̄ moueant ea q̄ q̄ ſint reci pientia. Et ideo quod dicit Alexander q̄ intellectus ma= terialis ſit præparatio ſolum abſtracta a formis inten dit q̄ non eſt aliquā formarū cōditio ad ipſum recipere

intelligibilia, ſed eſt conditio ſui eſſe non ſue receptionis; propter ingreſſum autem dubij in hac re expoſitores poſuerunt intellectū materialē ſubſtantiam æternam de natura intellectus; hoc eſt ſuū eſſe eſt eſſe in potentia adeo q eius habitudo ad intelligibile ſit habitudo materiæ ad formas; id uero qđ eſt huius ſemite non eſt ſemite eius q perficiatur p ſe ipſum in generatione corporis corruptibilis & non perfectū per ipſum ſit intelligens per ipſum hoc eſt homo; quia ipſe eſt generabilis & corruptibilis; ſed aegrditur hoc Alexander propter eius recipere q homo perficiatur in fine eius generationis p ſeparatum & ideo iuditiū inter duas uias eſt latioris ſermonis q̃ iſte quē non ferret hoc compendium. Redeamus aūt illuc ubi fuimus & dicamus q iā declaratū ſit ex hoc ſermone q in iſtis itelligibilibus ſit quædā pars materialis & declaratū ſit ex hoc quid ſit hoc materiale et quid ſit eius forma, ſicq; ſpeculabimur quid ſit mouens iſtam potentiā. Et dicamus q ex quo iſta intelligibilia ſicut declaratur ex eorū diſpoſitione primo ſunt in potentia; deinde ſecūdo in actu quicquid aūt cuius talis eſt eius conditio quatenus eius conſiſtentia eſt naturalis illud habens motū extrahere ipſum a potētia in actū ſequitur neceſſario, q iſta ſit diſpoſitio iſtorū intelligibilium quia potentia impoſſibile eſt q cōuertatur in actū ſecundum ſubſtantiam ſuam; quia eſt priuatio actus aliquo modo, ſicut declaratū eſt; ſed qa mouens ēt largitur mobili ſimile ei quod eſt in eius ſubſtantia ſequitur ēt q iſte mouens ſit intellectus, & cum hoc ſit immaterialis omnino & hoc qa intellectus materialis indiget neceſſario ad ſuū eſſe q ſit hic intellectus

ens

ens in actu continuo & ſi non, nõ eſſet materialis hoc aũt non eſt declaratũ ex eo quod præmiſſum eſt ex radicibus naturalibus. Ac ẽt quicquid nõ indiget materia ad eius operationẽ propriã nõ eſt materiale omnino. Et hinc apparet q̃ intellectus agẽs ſit nobilior materiali & q̃ ipſe in ſe ſit ens in actu intellectus continuo ſiue nos intellexerimus ipſum ſiue non intellexerimus, & intellectus in eo eſt ipſum intelligibile omnibus modis. Iam aũt declaratũ eſt in eo quod præmiſſum eſt q̃ iſte intellectus ſit forma, & declaratũ eſt hic q̃ ſit agẽs & ideo putatur q̃ eius itellectus ſit poßibilis nobis in ultimo hoc eſt inquantũ eſt forma & iã peruenit nobis, neceſſario intelligibile æternũ quia in ſe ẽ intellectus ſiue nos itellexerimus ipſum ſiue nõ intellexerimus ipſum, non q̃ ſuũ eſſe intellectũ ſit ex operatione noſtra ſicut eſt diſpoſitio intelligibilium materialiũ & iſta eſt diſpoſitio quæ notificatur per unionẽ & continuationẽ. Et uiſus eſt ſibi Alexãder q̃ illud quod intẽdit Ariſtoteles p intellectum adeptũ ſit intellectus agens ex parte qua iuenitur iſta cõtinuatio nobis et ideo uocatur adeptus, ac ſi diceretur q̃ nos adipiſcimur ipſum. Nos aũt ſpeculabimur iſtã cõtinuationẽ. An ſit poßibilis homini nec ne, ultimum aũt in quod finit habens iſtam ſciam quæ eſt perſcrutatio de perfectionibus ultimis quæ ſunt rebus naturalibus inquantũ ſunt naturales & trãſmutabiles ſicut in perſcrutationẽ de cauſa ultima finitur in motũ & motorem quod eſt mouens ultimũ et materia prima. Dicimus aũt q̃ homines appodiãtur in hoc ſup eo q̃ ex quo intellectus ſpeculatiuus naturæ eſt abſtractio formarũ a ſubiectis & abſtrahitur forma nõ ſepa

rata, cõuenientius itaq; eſt q abſtrahat iſtã formam ſeparatã hoc eſt qñ ſpeculatus fuerit intelligibilia noua inquantũ ſunt intelligibilia & hoc qñ redirent intellectus in actu ſecundũ eorum perfectionẽ ultimã hic eſt materialis & hoc quia quod nõ redit ſecundũ ſuã perfectionem ultimã, eſt intellectus generabilis actus aũt generabilis inquantũ generabilis eſt manens qñ autem replicatur iſtud. Iſta itaq; formatio eſt pfectio ultima hominis & finis intentus. Et hic cõpletur ſermo de potentia rationali, hoc aũt cuius memini eſt de intellectu materiali quæ eſt res quæ apparuit nobis ante. Qñ autem magnificaui perſcrutationẽ uerborum Ariſtotelis apparuit mihi q impoſsibile ſit q intellectus materialis ſit ſubſtantia recipiens potentiã quã eſt ſemita ad actũ omnino hoc eſt ad aliquã formam ſingularũ formarũ, quia ſi hoc ita eſſet non eſſet recipiens oẽs formas. Specierũ uero phantaſticarũ habitudo eſt ad intellectũ materialem habitudo ſenſibilis ad ſenſum hoc eſt uiſibilis ad uiſum nõ habitudo oculi ad uiſum, hoc eſt ſubiecti ſicut pmiſſum eſt ex ſermone noſtro in hoc textu. Iſtud uero eſt initiũ eius quod dixit Auempace Abubekir filius Alczayg, & fefellit nos, totũ aũt hoc iã declaraui in meis cõmentarijs libri Ariſtotelis de Anima, qui autem uult q ei conſtet ueritas meæ opinionis de iſto quæſito indigct illo libro & deo dirigẽte ad rectitudinẽ. Nõ afferam aũt hic ipſum textum pp duas res, quarũ una eſt quia iã ſcripſerunt illum plures philoſophi. ſecũda aũt eſt quia ipſe procedit ſecũdum ſemitã ſermonis dubij ſupra ſemitã Ariſtotelis, Ariſtoteles autem ſcripſit de intellectu materiali q ſit æternus.

en

SERMO DE VIRTVTE MOTIVA.

MAnifeſtum aūt eſt ex diſpoſitione huius potentiæ ꝙ ipſa ſit alia a potentijs quæ præceſſerunt & ꝙ ſit ſeparata ab eis ſecundū eſſe & hoc quia nos non poſſumus dicere ꝙ ipſa ſit potentia ſenſitiua aut phantaſtica quia utraq; iſtarū potentiarū inuenitur uacua ab hac et hoc quia aliqñ nos ſentimus & phantaſticamur abſq; hoc ꝙ moueamur, qñ autē impoßibile fuerit ꝙ moueamur abſq; iſtis duabus potētijs hoc eſt phātaſtica et ſenſu et ideo eſt id quod moueretnr ꝙ præcedant iſtā potentiā ſolum hoc eſt motiuā. Sed aliqñ inuenitur potentia potentia rationalis ēt præcedens ipſam in ſcientia ſpeculatiua & hoc quia nos aliqñ mouemur a formatione quæ eſt ꝑ intellectum, & aliqñ etiā mouemur a formis phantaſticatis per cogitationē & mentē & hoc ex rebus intellectiuis, qñ autē iſtud ita fuerit & iſtę duæ potentiæ hoc eſt potentia ſenſus et phantaſiæ procedant iſtā potentiam non euadit itaq; iſtius diſpoſitio ab altera duarū cauſarū aut ꝙ ſint iſte duæ potentiæ ſubiectę iſtius potentiæ hoc eſt potentiæ motionis ſecundū modum quo materia eſt ſubiecta formis aut earum ſubiectum eſt unū, & eſſe potentiæ motionis in illo ſubiecto eſt conſequens eſſe potentiæ phantaſiæ & ſenſus ſecundum modū quo paßiones ſequuntur res quarū ſunt paſſiones, & hoc ſi inueniatur motio ſine phantaſia, ſed a ſenſu ſolū ſicut putatur de animalibus non phantaſticantibus ſicut ſunt muſca & uermis, ſi uero non inuenitur motio ſine aliqua phantaſia præcedens itaq; iſtā po

tentiam naturaliter eſt potentia phantaſiæ ſolum, & tunc perſcrutatio ſolũ eſſet de habitudine iſtius potẽtiæ ad potentiã phantaſiæ qualis ſit. An ipſa eadem ſit habitudo paſſionis aut habitudo perfectionis, qñ autẽ declarata fuerit qualis ſit ſua habitudo ad phantaſiam, declarata eſt neceſſario ſua habitudo ad animã rationalem, & eſt id quod conuenit q perſcrutemur primo de diſpoſitione iſtius potentiæ de iſta diſpoſitione hoc eſt. An ſit motio ſine phantaſia & ſi nõ inuenitur ſecundũ quã diſpoſitionem inuenitur habitudo ad iſtam phantaſiam, deinde poſt hoc perſcrutabimur de eius diſpoſitione. An ſit una aut plures & quo modo inueniatur animal mobile ab ea motu locali. An hoc ſecundum quod eſt mouens ultimum iſto motu aut ſit mouens animal aliquo mobile alio modo ſicut eſt mouens medium, & uniuerſaliter perſcrutabimur de rebus quibus perficitur iſte motus, fuit aũt perſcrutatio de hoc motu in hoc loco quia immaginamur q magis propria cauſa iſtius motus ſit iſta potentia hoc eſt potentia motiua quia ſi moueret animal adiumento alterius potẽtiæ eſſet itaq; cauſa propria eius motus, qñ autem cõſtiterit nobis totũ iſtud de eius diſpoſitione iam peruenerit nobis notitia de eius eſſentia ſecundum perfectionem. Dicimus aũt q iſta potẽtia quã moueretur animal ad conueniẽs & remouetur a malo, & hoc eſt manifeſtum per ſe de eius diſpoſitione, iſte aũt motus ſi fuerit ad delectabile uocatur concupiſcentia, ſi aũt fuerit ad uindictã uocatur ira ſi uero ex intelligentia uocatur arbitriũ & uoluntas, quod uero iſtius potẽtiæ eſſe in animali phantaſticante præcedat phantaſia & tunc fiat motio, hoc

itaq; eſt ex hijs de quibus non dubitamus. Verumtñ an inueniatur iſta potentia a ſenſu ſeparata ſine phantaſia & hoc in animali quod putatur ꝙ non ſit phantaſticatiuum eſt itaq; in hoc locus ſpeculationis,et hoc quia iã putatur de animali quod eſt non phantaſticatiuũ ꝙ moueatur a ſenſu ſolũ qa impoßibile eſſet ꝙ moueretur niſi cõſtãte ſenſato,ſed qñ conceſſerimus hoc,hoc eſt, ꝙ aliquod animal non moueatur niſi conſtante ſenſato non ſequitur ex hoc ꝙ ſit motus ſine phantaſia,animal enim mouetur conſtãte ſenſato ad phantaſiã ſingularũ rerum quibus eſt ſenſatum in potẽtia ut perueniat ſenſatum in actu,ſi aũt motus eſſet ad ſenſatum ex parte qua eſt ſenſatum in actu eſſet eius motus labor & fruſtra. Quando aũt iſtud ita fuerit non euadit animal qn ſit eius motus ad illã rem quæ eſt in potentia ex parte qua eſt eius phantaſma & eius motus eſſet animalis aut eſſet eius motus ad illã rẽ non ex parte qua eſt eius phantaſma & eſſet eius motus naturalis non animalis, hoc aũt eſt impoßibile, ſicq; neceſſario eſt altera pars hoc eſt ꝙ moueatur ex aliquo phantaſmate immo ipſum eſt phantaſma non mouens quod ſeparatur a ſenſato. Et hinc apparet ꝙ impoßibile ſit ꝙ inueniatur animal motu priuatum phãtaſia omnino qñ autem hoc ita fuerit & declaratũ fuerit ꝙ illa potentia ſit cõtinuo cũ phantaſia aut ratione & iã declaratum fuerit de eius diſpoſitione declaratio duarũ potentiarum quæ præcedunt ipſam naturaliter. Ac ẽt per ſe euidens eſt ꝙ nõ ſit habitudo potentiæ phantaſiæ ad iſtam potentiã habitudo ſubiecti,quia phantaſia eſt comprehẽſio motioaũt & conſequens comprehẽſionem ſicut ſequitur in-

ciſio, & dignior eſt ad hoc potentia rationalis, manifeſtum itaq; eſt q̧ ipſa ſequatur eas eo modo quo paſſiones ſequuntur ea quibus aduenīūt ſubiectum aūt iſtius potētiæ neceſſario eſt calor naturalis, teſtatur aūt hoc quod accidit cū motione de paſſione ſenſitiua ſicut eſt rubedo iraſcentiū & citrinitas paueſcentium, eſſe autē hanc potentiā conſequentem plures q̃ potentiam unā potentiarū animæ eſt quia ipſa multiplicatur ad multiplicationem potentiarū quas ipſa ſequitur, motio autē dicitur de omnibus illis ſecundū quandam ſpeciē mediationis inter ea quorū nomina ſunt æquiuoca & uniuoca, quæ ſunt analoga, & eo magis qñ animaduertemus quod ſignificat qñ dicimus motionē ad animal & motionē ad quæſita ſpeculatiua. Optata uero artificialia dicuntur ſecundū quandam ſpeciē mediam inter iſtas duas. Exiſtente aūt iſta differētia inter iſtas ſpecies motionis inuenitur homo itaq; mobilis illis motibus contrarijs multotiens. Itaq; motio cogitatiua cōtrariatur motioni animali hoc aūt eſt manifeſtū in eo quod inuenimus in nobis. Poſtq̄ autem iā declaratum eſt ex diſpoſitione iſtius potentiæ qualis ſit eius habitudo ad potentiam phantaſticā & declaratum eſt cū hoc quo modo inuenitur multitudo in ea. Conuenit itaq; q̧ dicamus quo modo inuenitur in ea motus animali et quot rebus perficiatur iſte motus localis, & dicimus, q̧ oē mobile ſicut declaratū eſt in ſermonibus uniuerſalibus habet mouens mouentium aūt quoddam eſt primum & eſt illud quod non mouetur omnino qñ mouet. Et eorum eſt quod mouet qñ mouetur & hoc in omnibus motibus q̧ perficiuntur ex pluribus q̃ ex uno mouente eorum aūt

quibus ſunt duo iſta genera mouentiũ hoc eſt mouens quod non mouetur omnino niſi p accidens, & mouens quod mouetur & ꝙ mouentium iſto motu quibus perficitur eius eſſe quædã ſunt corpora & quædam ſunt potentiæ animales. Corpa uero quibus perficitur iſte motus perſcrutantur in libro de Motibus animaliũ locali. Perſcrutatio uero potentiarũ eſt in hoc loco. Euidens aũt eſt ꝙ iſti motus inueniantur animali ex duabus potentijs aiæ, quæ ſunt potentia phantaſtica & potentia concupiſcẽtiæ, & hoc eſt ex hijs quæ de proximo declarantur neceſſario p priuationẽ huius motus iſtis duabus potentijs quia aliqñ phantaſticatur rem & appetitur illa abſq; ꝙ moueatur & ideo id quo indigetur neceſſario in hoc motu eſt eſſe ſecundũ habitudinẽ inter illas duas potentias quã animal mouetur neceſſario, & hoc non eſt aliqua res ultra eſſe formã phantaſticã mouentem animã concupiſcentiæ & concupiſcentia mouetur ab ea & inclinatur ad eã, quia quando ipſa mouet formã phantaſticã anima mouet concupiſcentiã, concupiſcentia aũt mouet calorem naturalem ipſe aũt mouet reliqua membra motus & ideo qñ ceſſat aĩa phantaſtica à deſiderio motus aut non fuerit inter eã habitudo ceſſat motus & hoc quia appetitus nõ eſt aliqua res præter deſideriũ motionis formarũ ſenſatarũ ex parte qua phantaſticatur eas, & qñ peruenerit hæc conſequutio inter iſtas duas potẽtias ex actione & receptione mouetur animal neceſſario niſi ꝙ aduenit illa forma phantaſticata ſenſata in actu. Igitur potentia phantaſtica eſt ultimum mouens iſto motu & potentia concupiſcentiæ mouetur ab ea ſecundum ſemitam compre

henſionis & illa eſt primum mouens ſecundum locū, & ideo attribuitur ei iſte motus præter animam comprehendentem quæ eſt cauſa concupiſcentiæ & diſpoſitio quæ quando peruenerit in animam concupiſcentiæ, mouet calorem naturalem, moueri autem calorem naturalem in membra eſt quod nominãt expoſitores per connexionem mouens etiam, & materia habitudinis quæ eſt inter ea ex actione & paſſione quam denominant expoſitores per connexionem, quando aũt inuenerunt iſtam formam phantaſticam & concupiſcentiam ſine iſta habitudine non erunt plura in motione illius animalis, quia eſſe formæ phantaſticæ eſt propter motum, priuatio autem receptionis animæ cõcupiſcentiæ ad moueri a forma phantaſtica uocatur inſenſitiuũ, & tarditas ſue receptionis uocatur ſegnities ſicut eius contrarium uocatur ſolertia, ſicq; iã diximus quo perficiatur iſte motus & quomodo perficiatur & quando perficiatur, & diximus cũ hoc eſſe animæ concupiſcentiæ & eius quidditatem, hic aũt completur ſermo ſermonum uniuerſalium ſcientiæ de anima ſicut proceſſit de ea conſuetudo perypatheticorum. Sermo uero de reliquis potentijs ſingularibus ſicut eſt conſeruatio & memoria & reminiſcentia & de hijs paſſionibus, & uniuerſaliter de reliquis potentijs animæ ſermo itaq; de eis fit in libro de Senſu & Senſato.

Explicit compendium Auerroys de Anima.

AVERROYS COMPENDIVM neceſſarium Ariſt. ex Lib. de Senſu & Senſato, Ex Arabico conuerſum in idioma Latinum. ab accuratiſs. interprete Abraham de Balmes ſed a Blondo Medico precioſorum inuentore. emiſſum in lucem.

Quia Philoſophus meminit in libro de Animalibus membrorum animalium & eorū quæ accidunt eis, et poſt hæc loquutus eſt in libro de Anima, de anima & eius partibus uniuerſalibus, proceſſit hic de potentijs particularibus illarū ad diſcernendum & dignoſcendum uniuerſalem ex eis omnibus animalibus et propria; Et uniuerſaliter hic ſcrutatur potentias quæ animalibus inſunt ex parte qua ſunt tranſpirantia. Quoniam iſte potentiæ ſunt duarū ſpecierum nā quædam ſpecies attribuitur corpori animalium ex parte inuentionis animæ in eo ſicut eſt ſenſus & motus & quædam ſpecies attribuitur animæ ex parte corporis & hæc eſt plurium generum, quorum eſt ſomnus & uigilia & iuuentus & ſenectus & eorū eſt mors & uita & eorum eſt ſanitas & ægritudo & eorum eſt longitudo & breuitas uitæ, de prima autem ſpecie dictū eſt in libro de Anima ſermone uniuerſali, & incæpit hic loqui de eis ſermone particulari hoc eſt q; ipſe meminerit de ſuis differentijs communibus animalibus & proprijs ſingulis ſpeciebus. Et perficiet ſer

monem in eo quod reliquum ei eſt de cauſis illarum po tentiarū. u.g. quia ipſe loqutus fuerat in libro de Anima de potentia motiua animalis ſecundum locum quid ſit & quomodo moueat & reliquum eſt ei hic dicere quæ ſint mēbra et organa quibus perficitur hic motus, & poſt hæc meminit de ſecunda ſpecie iſtarum potentiarum hæc autem ſpecies neceſſaria eſt ad eſſe poten tiæ, & hoc quia quælibet potētia illarum continet plu res potentias potentiarum animæ quibus eſt ſicut genus ipſarum & ideo magis neceſſaria eſt quam prima ſpecies ſicut eſt ſomnus & uigilia, q̄a ſomnus eſt quies, omnium ſenſuum uigilia autem eſt motus eorum, & ſic eſt mors & uita ſicque iuuentus & ſenectus & ſanitas & ægritudo; ſed in hac noſtra regione inueniūtur de ſermonibus Ariſtotelis iſtarum rerū, de quibus pro miſerat in prohemio huius libri loqui, tres ſermones tantum in quorum primo ſermone loquitur de potentijs particularibus quæ ſunt ſenſatum, & ſenſatorum & iſta pars nominat nomen iſtius libri, in ſecundo au tem ſermone loquitur de memoria cogitationis et ſom no & uigilia et in ſomnijs, in tertio autem ſermone de longitudine & breuitate uitæ. Nos autem primo loque mur de hijs ſermonibus eius qui inueniuntur ſecundū noſtram conſuetudinem, ſi autē protraxerit Deus noſtram uitam loquemur de illis alijs rebus, incipiamus autem ſermonem de ſenſu & ſenſato; ſermo autem uni uerſaliter de hoc continetur quatuor partibus, quarum quædam eſt notitia quidditatis iſtarum potētiarum & quidditatis ſingularium partium earum; & aliqua ea rum eſt notitia organorum quibus perficitur actus po

tentiarum iſtorum ſenſibilium, & aliqua earum eſt no titia obiectorum iſtarum potentiarū quæ ſunt ipſa ſen ſibilia, & aliqua earum eſt notitia qualitatis compre= henſionis iſtorum ſenſibilium ab iſtis potentijs, uerun tamen iam meminit de eis in libro de Anima ſermone uniuerſali hic autē intendit ſermone particulari perfi cere ſermonem per diſpoſitiones particulares quæ in= ſunt eis & proprietates qbus appropriantur ipſæ met potentiæ & quibus appropriantur ſingula animalia & de propritetatibus uniuerſalibus. Et *notificabimus quod reliquum eſt nobis de natura ſenſibiliū quia non fuerat loquutus de eo in libro de* Anima *niſi in obſer= uantia ſecundum ultimum uniuerſalitatis.* Et *dicimus quod potētiarum ſenſuum uniuerſaliter quædam ſunt quæ ſunt neceſſariæ ad eſſe animalis & aliquæ quæ nō ſunt in animali niſi ad augumentum dignitatis, & iſte etiam omnes differunt in animalibus ſecundum uehe= mentiam & imbecillitatem, illi uero qui inſunt anima libus propter neceſſitatem ſunt ſenſus tactus & gu= ſtus, illi autem qui inſunt eis ad augumentum dignita= tis ſunt ſenſus uiſus, ſenſus auditus & ſenſus olfactus, ſenſus autem guſtus et tactus ſunt neceſſarij ad perma nentiam ipſius animalis quia ambobus ipſis dignoſcit res quæ ueniunt in ſuum corpus ab extra ad intra, & hoc quia ſenſus guſtus dignoſcit cibum conuenientem ab inconueniēti & ſenſus tactus dignoſcit res quæ cor rumperent eius corpus ab extra & quæ conſeruant ip ſum & aßimilantur ei; aliorum autem ſenſuum opera tio non eſt dignotio eius cuius ſemitæ eſt uenire in cor pus ab extra ad intra & ideo nō ſunt neceſſarij ad eſſe*

animalis, communicant autem iſtæ potentiæ quod non perficiatur earum operatio niſi per inſtrumentum; ap propriatur autem potentia tactus & guſtus quia ipſe non indigent ad ſuam operationem medio, reliquæ autem tres appropriantur quia indigẽt medio, organum autem potentiæ uiſiuæ eſt oculus & appropriatur hoc organum quia prædominans in eius compoſitione eſt aqua quod eſt corpus diaphanum tranſparens eſt autẽ eius organum huius diſpoſitionis ut deſcribantur in eo formæ ſenſibilium ſuorum ſicut deſcribuntur in ſpeculo & ideo pars criſtalloidis in eo fuit in ultimo claritatis & albedinis oportunitas autem huius operationis huius organi in comprehenſione huius potentiæ eſt nota per ſe & ideo quando hoc organum fuerit ſecũdum eius naturalem complexionem facit abſque eo quod ueniat aliqua res in ipſum quæ promoueat ipſum & moueat ipſum & ideo ei qui permouet animam ſuam rubeſiunt oculi eius & aſcendit calor in caput ſuum & corrumpit eius uiſum, poßibile autẽ eſt quod una res uideãtur plures res propter motum qui accidit potentiæ uiſiuæ & hoc quia oculi moti recipientes formam oportet quod uideant ipſam formam duas formas & hoc quia quando transfertur illa pars & ſuccedit loco eius alia pars deſcribitur forma in ſecunda parte & eius figura nondum deleta eſt a prima parte & uidetur forma una duæ formæ ſicut uidetur forma ſolis in aquis concurrentibus duæ formæ. Ex quo autẽ hoc or*ganum hoc eſt oculus facit eius operationẽ quando fuerit ſecundum æqualitatem quando frigefactum fuerit a rebus extrinſecis frigore extrahente temperiẽ acci*

dit quod debilitetur eius uiſus et ideo in loco planitiei in qua fuerit nix aut multa aqua & ob hāc cauſam pa ludes uidentur aquæ turbidæ pauci luminis & ſic etiā loca niuis id uero quod conſeruat naturam iſtius aquæ ſunt ſicut eſt aer quieſt ab extra quia inter eos eſt pro portio naturalis, quādo autem promouetur calor ocu li pluſquam conuenit debilitatur etiam uiſus hæc autē operatio oculi eſt partis humoris aquei, et complexio huius humoris eſt eſſe perfecti uiſus & ob hanc cau= ſam ſunt poſitæ palpebræ oculis boni uiſus hoc ē quod caueant eorum complexionē a penetratione & a trāſ mutatione rerum quæ ſunt ab extra ſicut uagina gla= dij & ideo ille cuius palpebræ fuerint groſſiores ſunt uehementioris uiſus rerum remotarum quia groſſities palpebrarum cauet & prohibet tranſmutationē aquæ a calore qui eſt ab extra & cōgelatione ſua & ſua in= groſſatione a frigore quod eſt ab extra & propterea plura animalia uident res ſecundum maiorem diſtan= tiam quam uiſus hominis hoc eſt propter groſſitiē pal= pebrarum ſuarum. Organum *uero auditus proprium eſt aer in aure & quanto hic aer eſt ſubtilior & perfe ctior ſecundum quietem tanto eius operatio eſt perfe= ctior ſicq; organum olfactus eſt aer qui eſt in nare.* Or*ganum uero guſtus eſt lingua organum uero tactus eſt caro.* Appropriantur *autem organa omnium ſenſuum quia non eſt in eis aliqua res in actu eorum quæ com= prehendit præter organum tactus quia ipſum eſt com= poſitum ex qualitatibus quas comprehendit & ideo comprehendit exceſſus & hoc propter eius qualitatē & propterea quanto fuerit magis medium tanto ma=*

giſ comprehendit qualitates ſimplices hoc eſt calorem & frigus & humiditatem et ſiccitatem & ideo homo eſt perfectiſſimus omnium animalium ſecundum comprehenſionem ſecundum hunc ſenſum & eo magis caro eius manus hoc eſt caro uolæ & præcipue caro indicis ex carne uolæ et illa eſt de modo ſenſationis in hominibus hoc eſt bonitatis ſenſus tactus, lingua autem non habet ſaporem in actu & ideo quando permiſcetur ei aliquid humiditatis ſicut in egris corrũpitur eius guſtus & ſic eſt diſpoſitio organorum aliorũ ſenſuum ipſe autem tradiderat cauſam huius in libro de Anima, appropriantur autem organa trium potentiarum hoc eſt auditus & uiſus et olfactus quia ipſi proportionantur ſimplicibus uidelicet oculus aquæ & auditus aeri & olfactus parti igneæ fumoſe & ideo aromatica medentur cerebro cum illius frigore per calorem partis fumoſe odoratæ, ſic loquutus eſt iam de proprietatibus organorum iſtorum, & loquitur de medijs quibus indigent iſti tres ſenſus & de ſuis proprietatibus & conſequentibus ipſos, medium autem quo operantur iſte potentiæ eſt aut aer in animalibus degẽtibus in arido aut aqua in animalibus degentibus in aqua, ſignum autem indigentiæ iſtorum trium ſenſuum medij eſt quia quando ponerentur ſenſibilia ſupra ſenſum non comprehenderent ea & ſic quando ſunt inter eos, & inter ſenſibilia corpora turbida quæ non conueniunt ꝙ ſint mediũ, ut uniuerſaliter apparet itaq; indigentia iſtorum ſenſuum ad eorum operationem medij quia quando corrumperetur medium corrumperetur & eorum operatio et ideo appropriatur mediũ quod ſit de genere or=

ganorum propriorum hoc eſt quod ſit recipiens ſenſibilia ſecũdum quamuis ſpeciem ſpecierum receptionis organorum ſicq; apparebit cauſa huius quando declarabitur natura ſenſuum propriorum ſecundum media & appropriatur potentia uiſus ab iſtis tribus quod ipſe indiget medio ſcilicet lumine, ſignũ autem huius eſt quia non uidet in tenebris quando autem fieret in aere fumus aut uapor impeditur penetrare lumẽ in ipſum & debilitatur uiſus & ideo quando iraſcitur homo et promouetur calor ad eius oculos offuſcatur noſter uiſus propter uaporem, & aliquando una res uidetur, duæ res ſicut diximus, lumen autem non eſt res quæ inueniatur in oculo ex eius natura ſed ingreditur ipſum extrinſecus & ſi eſſet ex ſubſtantia eius uideret res in tenebris & ideo accidit ei qui claudit oculos eius quod quando aperierit eos non uideat rem ſecundum eius ueritatem niſi poſtea quando dilucidantur eius oculi aliter autem accidit uiſui quod uideat rem uiſione ſpirituali antequam uideat eam ſecundum diſpoſitionem qua procederet ſicq; declarabimus huius cauſam in eo quod poſt hæc ueniet hec autem uiſio accidit uidenti ut plurimum in tenebris & cum quiete. Ex proprietatibus autem huius comprehenſionis eſt quod non ſit bona niſi in lumine æquali non in lumine uehementi nec in pauco ſicq; iam declaratum eſt ex hoc quod tres ſenſus appropriantur quia ipſi comprehendunt ſua ſenſibilia per medium & quod uiſus appropriatur per eſſe uidelicet eſſe medij corpus lucidum, iam autem dictum eſt de lumine & recipiente lumen & dyaphaneitate & recipiente dyaphaneitatem in libro de Anima, conuenit

autem ut tunica intrinſeca ex tunicis oculi recipiat lu=
men ex aqua quæ eſt in oculo ſicut lucet aqua ex aere
ſed potentia ſenſitiua eſt in orizonte huius tunicæ ad
id quod ſuccedit capiti nō ad id quod eſt ad partē aeris
& ideo iſtæ tunicæ oculi conſeruant potentiam animæ
ex quo ſunt mediæ inter ipſam & aerem & iam ſigni
ficatur quod ex potentia uiſus ſit prouētus luminis ad
iſtas tunicas quia quando homo percutitur in ſuis pal=
pebris obſcuratur ſubito oculus & extinguitur lumē
illud quod fuerat in ſuo oculo ſicut extinguitur cande=
la & uidet aliquā rem ſicq; declarabimus iſtas res qñ
declarabitur qualitas comprehenſionis horum per ſen
ſus quia ibi apparebunt cauſæ quæ conduxerunt indi=
gentiam iſtarum rerum ad hos tres ſenſus, poſtquā au
tem declaratę ſunt proprietates iſtarum potentiarum
ſecundum organa & media iam loquamur de ſenſibili=
bus proprijs hijs potētijs, iam autem dictum eſt de hijs
ſenſibilibus in libro de Anima ſermone uniuerſali, ſer=
mo autē iſte eſt de magis ſpeciali parte, ſicut dicit Ari=
ſtoteles. Dicimus autem quod iam ibi dictum eſt, quod
ſenſibilia propria uiſus ſunt colores & auditus ſunt ſo
ni & olfactus ſunt ſpecies odoris & guſtus ſunt ſapo=
res & tactus ſunt tangibilia, id autē quod reliquum eſt
dicere de eis eſt notitia cauſarum ſuarum, & dicimus
quod ex quo elementa diſtant ſecundum multitudinem
dyaphaneitatis & eius paucitatē ſicut eſt aer & aqua,
ſemitæ autem dyaphani eſt quod recipiat lumē & per
ficiatur eo quando autem dyaphanum receperit lumē
& unitum fuerit in eo oriuntur ex eo diuerſi colores
ſecūdum uirtutem luminis & eius paucitatem & mul
titudinem

titudinem dyaphaneitatis & hoc apparet de uarijs co loribus qui fiunt unione ſolaris luminis cũ nebulis & nubibus quia manifeſtum eſt quod illi colores fiunt ex albedine luminis & nigredine nebulæ ſicut ſunt colo= res qui fiunt in arcu hyridis hoc eſt habente terminos & ſemitas et alia præter hæc, ſicq; ergo quod color ſit qui fit ex complexione corporis luminoſi cum corpo= re dyaphano, quoniam autem omnia compoſita oriun tur ex quatuor elementis elementorum autem dyapha na ſunt aqua & aer luminoſum autem ex eis eſt ignis ſolum & hoc etiam ipſe incenditur in alio ab eo, opor tuit quod colores ſint compoſiti ex hijs duabus naturis ſecundum quantitatem & qualitatem, color autem al bus generatur ex complexione ignis clari cum elemẽ to dyaphaneitatis quod eſt aer, color autem niger ge= neratur ex igne turbido qui complectitur cum elemen to minime dyaphano quod eſt terra, medij autem colo res inter album & nigrum generantur ex uarietate iſtarum duarum rerum ſecundum paucitatem & mul titudinem hoc eſt uariationẽ corporis luminoſi & ua riatione corporis dyaphani, et ideo color albus & ni= ger ſunt elementa colorũ, quando autem hoc fuerit eui dens de diſpoſitione coloris et color fuerit in ſuperficie corporis terminati & per hoc diſtinguetur color alu= mine, lumen itaq; eſſet perfectio dyaphani quod eſt in terminatum color autem non eſt res quæ fiat in cõpo ſito ex continuitate partium paruarum dyaphanarum quæ ſunt elementorum ſicut putant hoc quidam homi= nes quod non fiat ex elementis aliquid ſecundum mo= dum contiguitatis ſicut declaratum eſt in libro Peryge

neſcos id autem quod fit ex eis fit ſecūdum modum cō plexionis, & ex quo lumen non uidetur niſi in corpo re dyaphano, ideo ſecta pythagoræ opinabatur quod generatio luminis non inuenitur corporibus luminoſis niſi cum unione luminis cum alio corpore ſicut eſt diſpoſitio ignis qui nō lucet niſi uniatur alio corpori differentia autem ignis & corporum cœleſtium ſecundū hoc eſt manifeſtū id autem quod dicimus de quidditate coloris declarabitur de colore quod recipiat ipſum aer primo deinde cōducat ipſum inciſum ex parte qua eſt dyaphanus luminoſus, ſignum autem huius eſt quia aer afficitur ex colore & recipit ipſum quod apparet ex natura eiuſdem rei ſecundum quod tranſeunt ſupra eam corpora luminoſa & aliquando illuminant parietes & homines colore rerum per quas procedunt nubes. u.g. quando nubes procedit multotiens colorantur parietes & homines colore illius plantæ, ſicq; iam eſt declaratum ex hoc quod colores fiāt ex complexione ignis cū corpore dyaphano & quod lumen non ſit cauſa prouentus luminoſorum ad uiſum ſed ipſius eſſe eorum, & dico etiam quod ſicut color albus oritur ex cō plexione uiliore colore luminis quia oritur ab eo ſic etiā reliqui colores ſunt uiliores colore albo & nigro quia oriuntur ex eis quia autem colores oriuntur ex albo & nigro & eorū mixtio uariatur ſecundnm paucum & multum uarietate quæ diuerſificatur in infinitas ſpecies ex parte materiæ, ſeqtur quod colores ſint ſecundum naturam licet ſermo exterior non ualeat declarare illam menſuram & ideo ars huius rei ſicut dicit Ariſtoteles eſt ex extremis naturæ quia ars extra-

xit ex menſuris colorum qui ſunt ſecundum ſermonem intrinſecum quantum ualet declarare ſermo exterior natura uero extrahit quicquid fuerit ſecundum ſermonem interiorem ſpiritualē, & ideo natura eſt nobilior arte et nobilitas artificis eſt aſſimilationis eius bonitas ipſi naturæ ſicut poſſibile eſt et rurſus quia res ſpiritualis ex qua operatur natura quod operatur & extrahit quod extraheret non habet aliquā rem quæ impediat a comprehendendo, quod comprehēderat ex ea ſecundum diſpoſitionē ſermonis intrinſeci quo operatur artifex ſicq; anima beſtialis quæ eſt in animalibus non impedit actionem naturæ ſed gaudet & delectatur eo qđ extrahitur a natura de coloribus & ſonis q̄ inueniuntur in animā beſtiali ſecundum ſuam potentiam & q̄ñ natura extrahit eos utitur eis anima beſtialis & gaudet comprehenſione eorum, rem uero ſpiritualem intrinſecam ex qua fit ars impedit ipſam anima beſtialis & ideo non comprehēdit artifex de illis quæ affert ei res ſpiritualis niſi illam & accidentia remota a rebus quas afferret ipſa & ideo res priores cognitione apud artificem ſunt poſteriores e contrario eius quod eſt diſpoſitio ſecundum naturam et ulterius quia artifex eſt extra rem & natura eſt intra rem, iſte ſunt res quibus diſtinguitur ars a natura & ideo uiſibilia & colores quos declararet ſermo exterior ſunt finiti uiſibilia uero & colores qui ſunt in ſermone intrinſeco poſſibile eſt q̄ ſint infiniti, & ideo uideret natura uiſibilia & colores in quorum diſpoſitionem peruenire laſſarentur etiam tinctores & hoc quia ex quo ars aſſimulatur naturæ & procedit ad eius prius ab ipſo poſteriori non.

comprehenderet ex illis gradibus qui ſunt apud naturam niſi gradus magnos hoc eſt uehementes a ſe inuicem & ſic iſti gradus apud naturam ſunt multi gradus ſicq; iam declaratum eſt qualiter eſſe colorum ſecundũ naturam eſt aliud ab eſſe eorum ſecundum artem, de ſonis uero iam dictum eſt quantum ſufficit in libro de anima de odorabilibus uero quæ ſunt habentia ſpecies odoris & de ſaporibus conuenit ut dicamus ſermonem diſtinctum, & dicimus q̃ manifeſtum ſit quod nulli elementorum ſit ſapor nec odor & quod ſapor & odor ſunt complexionato ex qua parte eſt complexionatum quia autem forma cuiuſq; cõplexionati appropriatur dominio duarum qualitatum prædominantium ei ex quatuor qualitatibus conuenit quod ſpeculemur quibus qualitatibus imponeret illas ſapor in corpore habente ſaporem & dicamus quod ex quo ipſum ſapitum eſt alimentum animalis & ſemitæ nutrimenti eſt quod ſit ſimile animali & corpus animalis attribuitur calori & humiditati ſequitur quod ſapor ſit attributus calori & humiditati, fuit autem hoc quia natura humidi quod eſt ipſa aqua ẽ magis proportionata animali quã natura terræ ſicq; etiam ſignificat quod natura humiditatis ſit cauſa ſaporis ipſius complexionati quia rerũ ſaporoſarũ quædã ſunt ſaporoſæ in potẽtia & quædã ſunt ſaporoſæ in actu, illæ quidẽ quæ ſunt ſaporoſæ in actu ſunt res humidæ i actu res uero ſiccæ i actu ſunt ſapide in potẽtia, fiunt autem ſapide in actu quãdo fiũt humidæ in actu, ſicut ſal & conſimilia quia ipſum non ſapit donec liqueſcat & humectetur quando autẽ hoc ita fuerit ſapor fit neceſſario ex mixtione partis ſiccæ

cum parte humida quando id decoctum fuerit a calore decoctione quadam, ſpecies autem ſaporum differũt p̱ uarietatem iſtarum duarum cauſarum ſecundum pau cum & multum dulcedo autem attribuitur calori & humiditati amaritudo autem attribuitur calori & ſic citati in comparatione ad humiditatem dulcedinis illi autem qui ſunt inter hos duos ſapores generantur ex iſtis duobus ſaporibus ſicut generantur colores ex albe dine & nigredine de diſpoſitione autem ſpecierum odo ris apparet quod earum materia ſit ſapor genitus ex mixtione ſiccitatis cum humiditate & hoc quia iã ap= paret inductione quod omne habens odorem habeat ſa porẽ ſed quia ſpecies odoris ex quo ſunt ex genere ua= porum fumoſorum & ſecundum hunc modum eſt aer eius ſubiectum attribuitur ſiccitati & calori quæ ge= nerantur ex ſiccitate mixta humiditati habenti ſapo= rem ex parte qua eſt habens ſaporem, teſtatur itaque quod natura odorabilium ſit natura fumi quia plures res non habent odorem & quando apponũtur igni ha bent odorem & ſecũdum hunc modum eſt homini pro prietas comprehendendi odorem rerum per confrica= tionẽ manuũ & hoc eſt quia ſemitæ huius organi eſt per ſuum calorem & ſiccitatem quod promoueat hãc ſubſtantiã a re habẽte ſaporem & ideo uidemus quod homo ſit melior ad diſtinguendum per comprehenſio nem ſpecierũ ſenſibilium odores reliquis animalibus, plura autem reliquorum animalium ſunt uehementio ra ad comprehendendum odorem a longe ſicq; iam lo quuti ſumus de proprietatibus iſtorũ organorum iſto= rum ſenſuũ & perfecimus ſermonem de natura ſuorũ

ſenſibilium conuenit autem quod perficiamus ſermonem de qualitate ſue comprehenſionis quia dictum eſt in libro de Anima ſermone uniuerſali, et dicamus quod opiniones quas habuerunt antiqui de qualitate comprehenſionis animæ ſuorum ſenſibilium fuerunt quatuor, quarum prima fuit illius qui opinabatur quod formæ ſenſibilium ſint in anima in actu & quod nõ acquirat eas ab extra ſed formæ quæ ſunt ab extra excitant & reminiſci faciunt quæ ex eis ſint apud ipſam et hæc fuit opinio Platonis aut prope eam, ſecũda autem opinio fuit illius qui opinatus eſt quod non ſit in anima aliqua ſpecies ſenſibiliũ in actu & quod ipſa acquirat eas ab extra & iſti ſunt diuiſi in duas ſectas in ſectam quæ opinatur quod eius acquiſitio formarum quæ ſunt ab extra & eius perfici ſit habitus corporeus nõ ſpiritualis & huius diſpoſitio eſt ꝙ eſſe eius in anima ſit ſecundum diſpoſitionem qua eſt extra animam. Et in aliam ſectam quæ opinatur ꝙ eius comprehenſio eorum quæ ſunt extra & eius acquiſitio ſit habitus ſpiritualis & iſti etiam diuiſi in duas ſectas in ſectam quæ opinatur quod ad eorum acquiſitionem non indigeat medio ſed quod anima comprehendat ſua ſenſibilia quæ ſunt ab extra quando mouetur ad ea & mouet ſeipſam ad illa, & iſti ſunt illi qui opinati ſunt quod uiſio fiat per radios exeuntes ab oculo ad rem uiſam, et in ſecũdã ſectam quæ opinatur quod anima recipiat ſua ſenſibilia receptione eorum a medijs & hoc quando prius receperint ea ipſa media donec cõducerent ea in ſenſum cõmunem ſiue mediũ fuerit organum aut corpus extrinſecum de illis autem qui dixerunt quod anima nõ indi-

geat medio opinatus eſt Ariſtoteles duas rationes qua rum una eſt quia ſi reciperet ſenſibile per mediũ et nõ moueretur ipſa ad ſenſibilia nõ indigeret anima motu uehementi et pugna tempore ſenſationis ſenſibiliũ, ſecunda ratio eſt quia ſi formæ conducerentur in animã per media anima nõ poſſet recipere formas niſi ſecundum menſuram qua ueniret ad medium, illi autem qui dixerunt exitum radiorũ ab oculo habent rationes ſufficientes et ualidior eſt quod ſupponit perſpectiuus q̃d cauſæ uiſionis quæ accidunt ei ſint lineæ radioſe rectæ aut fractæ aut reflexe et quod præſupponit eſt quod uiſio fiat per figuram pyramidalem per lineas exeũtes ab oculo et finiuntur ad uiſibile ſicq; horum opinio eſt quod lineæ et figuræ quæ fiũt in uiſu impoſſibile eſt q̃d deſcribantur per corpus exiens ab oculo qui eſt radius Nos autem dicimus quod non perficiatur largitio cauſarum uiſus et eius quod accidit ei niſi per ſimilitudinẽ iſtarum linearum et figurarum pyramidalium ſit uerum. Sed dicimus quod iſte dimenſiones non habeant ſubiectum neq; præteritum eſt res præter mediũ quod eſt corpus dyaphanum, quia ſemite huius corporis eſt quod recipiat lumẽ et colorem hac ſpecie receptionis ſicq; referemus quæ mendatia ſequntur hanc opinionem quæ numerauit Ariſtoteles et redibimus ad id in quo fuimus et dicimus quod illæ qui opinatus eſt quod formæ ſenſibilium ſint in anima in actu et non indigeat formis ab extra ad inuẽtionem notitiæ in ea ſed non prouenit ei notitia de ſuis ſenſibilibus antequã ſentiat res quæ ſunt extra, quando antem uellet ſentire aliquod ſenſibile proijcit eius radium in ſe ipſam et com=

prehendit, illud præterea quia ſi ita res eſſet, organa eſſent ei fruſtra & incaſſum, natura autem nõ faceret aliquam rem fruſtra. Eorũ uero qui uiſi ſunt ſibi quod formæ ſenſibilium imprimantur in anima impreſsione corporea oſtenditur ſua impoſsibilitas qua anima recipit formam contrariorum ſimul. Corporibus autem eſt hoc impoſsibile, hoc autem non prouenit ſolum animæ ſed hoc etiam non fit in medijs quia in unam partẽ aeris recipit uidens colores cõtrarios ſimul quãdo aſpiceret duo ſingularia quorum unum eſt album & alterum nigrum, præterea eſſe corpora magna comprehenſa a uiſu cum eius paruitate adeo quod comprehendit medietatem ſphæræ mũdi eſt ſignum quod colores & quæ ſequuntur eos non perueniunt ad eum peruentione corporea ſed peruentione ſpirituali, & ideo dicimus quod omnes ſenſus comprehendũt omnes ſpecies ſenſibilium abſtractorum a materia & comprehendũt ſpeciem coloris a materia abſtractã & ſic comprehendunt ſpeciẽ odorabilis & guſtabilis & reliquorum ſenſibilium, quando autem declaratum eſt quod iſta comprehenſio ſit ſpiritualis, diceretur ei qui negaret quod comprehenſio ſenſus ſit per medium, quod rerum quas comprehendit anima comprehenſione ſpirituali quædam ſunt uniuerſales quæ ſunt intelligibiles & quædã ſunt ſingulares quæ ſunt ſenſibiles & non euadunt iſtæ duæ ſpecies rerum quin ſit comprehẽſio earum ab anima ſecũdum unam ex partibus ſpiritualibus aut ſecundum unam ex duabus partibus & ſi eſſet ex una parte eſſent res ſingulares hoc autem eſt falſum quando autem res ita fuerit ipſa itaq; comprehendit res uniuerſales

ſales

ſales ſecundum unum modum et ſingulares ſecundum alium modum, res quidem uniuerſales comprehendit comprehenſione non communicante medio & ideo nō indiget in eis medio, rem autem ſingularem comprehendit per res proportionatas rebus ſingularibus quæ ſunt ipſa media & niſi hoc ita fuerit res quæ comprehenduntur eſſent uniuerſales nō ſingulares & eſſe formarum ex medijs eſſet ſecundum ſpeciem mediam inter ſpiritualem & corporalem et hoc quia eſſe formarum extra animā eſt corporeus ſimpliciter & eſſe in animæ eſt ſpiritualis ſimpliciter, et earum eſſe in medio eſſet medium inter ſpirituale & corporale hoc eſt ſecundum medium, organa itaq; ſenſuū & res quæ extrinſecæ ſunt quibus ſenſus indigent organis uniuerſaliter, indigent ſenſus (exiſtenti eorum comprehenſione ſingulari non ſpirituali) quia ſpiritualis uniuerſalis nō indigeret hijs organis, ſicq; euidēs eſt ex hoc ſermone quod omne eſſe comprehenſionis iſtarum formarum quæ ſunt in anima ſpirituale ſingulare ſit cauſa quæ coegit quod iſtæ comprehenſiones ſint per medium & iure ita fuit, quia ſemitæ naturæ eſt quod procedat ab eſſe oppoſito in oppoſitum procedendo prius per medium, impoßibile autem eſt quod comprehendat ſpirituale ex corporeo niſi per medium, & ideo quāto iſta media tenuiora tanto perfectior & nobilior fuerit cōprehenſio, ſermo uero dicentis quod ſi anima comprehenderet medium reciperet de eo ſecūdum menſuram corporis medij, hoc eſt ſi eſſet paruū reciperet ipſum paruum & ſi eſſet magnum reciperet ipſum magnum hoc itaq; ſequeretur comprehenſionem corpoream nō

ſpiritualem Ariſtoteles autem confutat ſermonem di- centis quod uirtus uiſiua trahat ab oculo quouſq; per- ueniat ad rem uiſam quibuſdam rationibus, quarũ pri ma eſt quia ſequeretur ſecundum hãc cauſam quod ui- deret res in tenebris ſicut uideret eas in luce, quia ille qui diceret protractionem radiorũ nõ indigeret apud eum uiſus medio nec lumine, & carum eſt quia ſi po- tentia animæ hoc eſt ſenſus communis eſſet qui trahe- retur ad res donec eas ſentiret non indigeret rebus quæ ſunt in oculo hoc eſt tunicis neq; ſequeretur quod aggrederetur hanc potentiam corruptio quando ali- qua tunica egrotaret, & carum eſt quia ſi anima tra- heretur donec offenderet ſenſibile eius comprehenſio omnium ſenſibilium eſſet una tam remotorum ab ea quam propinquorum, et uniuerſaliter qui dicit radios exeuntes ab oculo impoßibile eſt quin ponat alterum duorũ, aut quod ponat quod iſti radij ſint corpora aut quod ponat eos radios luminis non corpora & ſi po- neret eos eſſe corpora ſequeretur ei quod poneret ui- ſibile ſeu uiſionem in tempore & præcipue quando ui ſibile diſtaret quia iam declaratum eſt quod omne mo bile mouetur in tẽpore, præterea quia imaginari cor- pus quod exeat a pupilla deĩde diffundatur donec æqua liter uniatur medietati ſphæræ eſt falſum, rurſus quia ſequeretur quod anima uidens eſſet colligata huic cor- pori animal autem non habet corpus ſubiectum animæ niſi colorem elementarem & aliquo inſtanti ſepararе- tur ab oculo & abiret, ſi uero exiens ab oculo eſſet lu men non corpus, non poſſemus dicere quod anima ad- hereat illi lumini quia ſubiectum animæ eſt ſubſtantia

non accidens ſicq; anima non adiacebit illi lumini ſed adiacet intra oculum, quomodo autem comprehendant ſenſibilia ipſa non tangente ea quia omnis actio et paſ ſio fit per contactum & motionem medij ad ultimum mobile & non euadit neceſſario quin accidat organo huius potentiæ in cōprehēſione huius ſenſibilis quod ſit unum eorum mouens & alterum mobile, ſi autē po ſuerimus quod exiens ab oculo ſit lumen nō corpus nō euaderet quin diceremus eſſe medium, ſi autem non eſ ſet, perueniret neceſſario motus ſenſibilis ad ſenſum et neceſſario non eſſet differentia inter hunc ſermonem & inter noſtrum dictum quod uiſus perficiatur me= dio & lumine, ſed quod lumen apud nos non ſit de ſub ſtantia oculi ſed ab extra, illi autem non dicerent hanc rem & ſi dicerent eam ſequeretur eis quod uideret in tenebris, error uero eorum fuit quia ipſi opinati ſunt quod iſte ſpiritus quo ſit uiſio proportionetur lumini et putauerunt id eo quod ſit lumen cum hoc quod ipſi pu tauerunt de lumine quod ſit corpus, ex errore uero Ga leni in hoc puenit quod putauit quod aer ſentiat. Poſt= quam autem declaratū eſt qualis ſit comprehenſio ani mæ ſermone uniuerſali ſpeculabimur itaq; quomodo ordinetur comprehenſio per ſingula media trium ſen= ſuum qui comprehēdunt per medium, & dicimus quod aer mediante lumine recipit primo formas deinde con ducit eas in tunicam extrinſecam & tunica extrinſeca conducit eas in reliquas tunicas adeo quod perueniant in ultimam tunicam poſtquam poſitus eſt ſenſus com= munis & comprehendit formam rei, in medio autem iſtarum tunicarum eſt rethis aranea & eſt ſicut ſpecu=

lum medium inter naturã aeris et inter naturam aquæ & ideo illa eſt quæ recipit formas ex aere quia ipſa eſt ſicut ſpeculũ & conducit eas in ipſam aquam exiſtẽte eius natura media inter iſtas duas naturas, aqua autẽ quã dicit Ariſtotiles eſſe poſt humiditatẽ araneam eſt illa quam uocat Galenus humiditatẽ uitream ſecũdum quod apparet & hæc eſt ultima tunica omniũ tunicarum oculi & ex ſe ſenſus cõis uidet formam quam qñ uidet ſenſus cõis conducit ipſam in ipſam imaginatiuã, quæ eſt uirtus phantaſtica & recipit eã imaginatiua receptione ſpiritualiori & fit hæc forma in tertio gradu ſpiritualitatis ſicq; ſunt formæ tres gradus, quorũ primus eſt corporeus & deinde ſuccedit ei gradus qui eſt in ſenſu cõi qui eſt ſpiritualis, et ulterius tertius qui eſt in uirtute phantaſtica & ille eſt ſpiritualior & ea exiſtente ſpiritualiori quã in ſenſu cõi uirtus phantaſtica non indiget ad conſiderandã illius conſiſtentiã ſenſibilis extra e cõtrario diſpoſitionis quæ eſt uirtutis ſenſus, imaginatiua aũt aſpiciens formã illam & promouet eius ſpeciẽ et phantaſma poſt magnam quietem & multã aduertentiã. Exemplum aũt iſtarum formarũ in iſtis uirtutibus eſt earum tranſlationis ab uno gradu in gradum ſubtiliorẽ et eſt ſicut qñ homo acciperet ſpeculũ habens duas facies & conſpiceret unã earum & conſtitueret alterã faciem ſpeculi ad partẽ aquæ, et ſpeculũ eſſet ſubtile dyaphanũ clarũ. Accidit itaq; huic aſpicienti quod primo imprimatur eius forma in ſpeculum deinde imprimatur ex ſpeculo in aquam & ſi aliquis aſpiceret ſecundã faciem ſpeculi hoc eſt faciẽ quæ eſt ad partem aquæ uideret illã eandem formam iam

tertio impreſſam ex aqua in ſpeculum ſicq; forma hominis uidentis eſt exemplum ſenſibilis & ſpeculum eſt exemplum aeris medij & aqua eſt exemplum oculi, exemplum autem eius impreſſionis in ſecūda facie ſpeculi eſt forma ſenſitiua & exemplum hominis cōprehendentis eam eſt uirtus phantaſtica, quando autē aſpiciens non aſpiceret in hoc ſpeculo deleretur illa formā ab eo & deleretur ab aqua & remaneret ille qui aſpiceret ſecundam faciem ſpeculi qui imaginaretur formam & hæc eſt ſemita uirtutis phantaſticæ cū formā quæ eſt in ſenſu communi quia quando aufertur ſenſibile aufertur eius forma a ſenſu cōi & remanet uirtus phantaſtica quæ imaginaretur ipſam ſicq; iam declaratum eſt ex hoc quod formam aſpiceret ſenſus communis mediante oculo & oculus mediante aere aſpiceret ipſam intra humiditatem aqueam quæ eſt in oculo mediante aranea intra aquam quæ eſt in oculo & aerem qui eſt extra, humiditas autem aquea eſt quā uocat Galenus uitreā, ſicq; iam declaratū ex hoc quomodo fiat uiſus per medium, quomodo autem ſit odor mediante aere & aqua eſt hoc ex eo quod eſt in aere mediante præparatione ad recipiendū corpus fumoſum odorabile & quatenus eſt huiuſmodi eſt in aqua et hoc quia ſemitæ horum elementorum eſt quod conducat ad ſe inuicem uapores genitos ex eis propter proportionem quæ eſt inter ea, terra autem mittit uaporem ſiccum ad aquam & aqua recipit ipſum propter ſymbolū quod habet cum terra ſecundū frigus aqua autem mittit uaporem humidū ad aerem et aer recipit ipſum propter communitatem eorum ſecundum humiditatem aer au

tem mittit ad ignem propter communitatẽ quæ eſt inter eos ſecundum calorem. Quomodo uero aer conducat ſonum iam declaratũ fuit in libro de Anima. Proprietates uero iſtarum quinq; potentiarum in animalibus non ſunt ſecundum unum modum quia ipſe in homine comprehendunt differentias rerum & ſuas diſpoſitiones proprias & illæ ſunt rei ſenſibilis ſicut eſt fructus intra corticem in reliquis uero animalibus comprehendunt diſpoſitiones quæ ſunt extra quarũm proportio ad res eſt proportio corticis ad fructũm qui eſt intra ipſum, ſignum autem huius eſt quia bruta nõ mouentur iſtis ſenſibus ſicut homo mouetur eis, quoniam homo furit auditu cantus bruta autem non furiũt niſi diceremus hoc de eis ſecundum æquiuocationem nominis & ſic mouetur homo uidens colores & figuras motu quo non mouentur bruta, & ſic eſt diſpoſitio ſpecierum guſtabiliũ & odorabilium licet conuenientia brutorum cum hijs ſit maior propter corporeitatẽ & ſic etiam eſt diſpoſitio ſenſus tactus quia manus hominis habet potaſtatem ad hoc quã non habet aliud, homo aũt accipit ſignum de odore ad ſaporem conuenientem & noxium & medetur odorabilibus ſicut medetur guſtabilibus, ſunt uero odorabilia cauſa ſanitatis et ægritudinum capitis quia caput eſt frigidũ odorabile uero ut plurimum eſt calidum & ſiccum. Auditus aũt hominis eſt uia ad diſciplinã, quia diſciplina fit per locutionem locutio aũt peruenit uia auditus ſed intellectio ſignificationis dictionũ non eſt auditus ſed intellectus & unuſquiſq; iſtorũ ſenſuum in homine eſt propter intelligibilia prima peruenietia ei in genere & præcipue au-

ditus et uiſus & ideo dixit Ariſtotiles quod homines qui non carent iſtis duobus ſenſibus ſunt magis intelligentes & magis prudentes. Iſte ſunt ſummulæ rerum quæ ſunt huius ſermonis ſecundum ultimum breuitatis quod poſſibile eſt nobis id uero de quo fit mētio in ultimo huius ſermonis de largitione cauſæ bonitatis memoriæ & eius debilitatis locus conueniens eſt cū locutione ſecundi ſermonis de uirtute memoratiua &c.

Explicit ſermo de Senſu & Senſato.

AVERROYS COMPENDIVM Ex Lib. Ariſt. de Memoria & Reminiſcentia, ex Arabico a præmiſſo. D. conuerſum in aureum ſed Latinum ſermonem, atq; ab eadem ſolerti Phyſico Blondo e tenebris eductum in lucem.

PHiloſophus incipit hic perſcrutationem huius ſermonis de memoria et reminiſcentia et ipſe primo inquirit deſcriptionem qua differunt iſtæ comprehenſiones a reliquis comprehenſionibus animæ et poſtea inquirit cuius potentiæ potentiarum animæ ſint et per communitatem cuius uirtutis ſit in animali quod reminiſcitur poſtea autem declaratur qua natura fiat memoria et reminiſcentia et quis gradus huius potentiæ ex potētijs animæ et quare aliqui homines ſunt bonæ memoriæ et male conſeruationis et aliqui e cōtrario et re

A-
liqua quæ ſequuntur iſtas potentias & quid accidit eis & dicimus quod res comprehenſe a nobis aut ſunt in inſtanti præſenti ſicut ſunt obiecta ſenſus aut cadunt in eſſe temporis futuri & iſte ſunt res ſucceſſiuæ aut comprehenſe tempore præterito, manifeſtum autem eſt quod memoria fit ex hijs quia nos non uocamus memoriam id cuius notitia peruenit apud nos nunc & cuius eſſe nondũ ceciderit ſed reminiſcitur homo eius cuius notitia peruenerit ei tempore præterito, reminiſcentia autem eſt inquiſitio huius rei per uoluntatem quando homo oblitus fuerit illius & conſtaret ei poſt eius latentiam per cogitationem de ea, & ideo ueriſimile eſt quod non ſit reminiſcentia niſi hominis memoria uero eſt omnium animalium phantaſticorum quia putatur quod plures ſpecies animalium non phantaſticentur ſicut ſunt cruſtata & uermes, differentia autem inter memoriam & conſeruationem eſt quia conſeruatio eſt eius quod non aufertur in anima ab hora eius comprehenſionis tempore præterito uſque ad tempus præſens, memoria uero eſt eius cuius iam ablatum fuerat, & ideo memoria eſt conſeruatio pauſans conſeruatio autem eſt memoria continua & hæc potentia eſt una ſubiecto, duæ ſecundum modum ſicq; uniuerſaliter memoria eſt notitia eius quod iam notum fuerat ex parte qua notum eſt poſtquam eius potentia pauſauerit, reminiſcentia autem eſt inquiſitio huius noticiæ quando non inuenitur & excogitare ad conſtituendum eam, manifeſtum autem eſt quod hæc operatio conueniat quod ſit potentiæ, quæ non eſt ſenſus nec phantaſia & illa eſt quam uocant memoratiuam,

ſpeculemur

ſpeculemur autem quid ſit iſta potentia & quis gradus eſt eius gradus de potentijs animæ ex quibus conuenit & manifeſtum eſt de eius diſpoſitione quod ipſa ſit ex potentijs comprehendentibus res particulares ſingulares quia memoria rei eſt poſtquam ſenſerit eã & poſt eius imaginationem & hoc ex parte qua eſt ſenſatum & phantaſticatum, quia quantitatis, gratia exempli uniuerſalem quam comprehendit intellectus non comprehendit eam potentia memoratiua ſed comprehendit quantitatem terminatam quam iam ſentierat & imaginatus fuerat, quomodo autem recordatur uniuerſalis iam loquemur de hoc, poſtquam autem euidens eſt ex diſpoſitione huius potentiæ quod ſit ſingularis & quod indigeat ad eius operationem quod præcedant duæ formæ potẽtiæ ſenſus & potẽtiæ phantaſticæ, ſpeculabimur quomodo diſtinguitur potentia hæc a potentia phantaſiæ quoniam euidens eſt de eius diſpoſitione quod & ſi non ſit ipſa met eſt tamen eius ſocia ad ſuam operationem, & dicamus quod manifeſtum eſt quod licet organum memoriæ & reminiſcentiæ ſit cum phantaſia ſignificatum tamen eſt aliud ipſius memoriæ quam phantaſiæ & quod operationes iſtarum duarum potentiarum ſunt diſtinctæ ab alterutris & hoc quia operatio memoriæ eſt conſtitutio rei phantaſticatæ quã perdiderat & iudicaret de ea quod ſit res quam ſentierat et imaginatus fuerat, ſicq; ergo ſunt quatuor res phantaſia & ſpecies illius phantaſmatis & conſtituere illam rem quod eſt iudicium & quod illa ſit intentio illius phantaſmatis quod fuerat ſenſibilis præcedentis, facere autem conſtare phantaſmata

conuenit quod ſit alterius potentiæ quàm ea quæ comprehendit rem, hæc autem potentia inuenitur ſecundum duas diſpoſitiones quia, ſi eius cōprehenſio ſit continua ſic uocatur conſeruans, ſi autem ſit pauſans uocatur memoria, iudicium uero quod hæc res ſit talis in homine eſt intellectus quia ipſe eſt qui iudicat de eo ſecundum affirmationem & negationem, in brutis autem eſt potentia aliqua ſimilis intellectui quia hæc potentia eſt in homine ſecundum cogitationem & animaduertentiam & ideo eſt rationalis, in animalibus autem non eſt nomen huius potentiæ & illa eſt quam Auicenna uocat extimatiuam, & hac potētia animal naturaliter remouetur a noxio licet nondum ſenſerit ſicut plura remouentur ab auibus rapacibus licet nunquam uiderint eas, tres itaq; operationes ſunt tribus potentijs quarum duæ fiunt in duabus rebus ſimplicibus ex quibus componitur forma compoſita ex ambabus quarum una eſt phantaſma rei, ſecunda autem eſt ſpecies phantaſmatis rei, tertia autem potentia componens illas duas res, ſumma alteri, & hoc quia in forma phantaſticata eſt aliqua res quæ procedit ſecundum ſemitam ſubiecti quæ eſt lineatio & figura & aliqua res quæ procedit ſecundum ſemitam formæ & eſt ſpecies illius formæ & hoc quia ſingulare extra animam ex quo eſt compoſitum accidit ei quod ſit in anima ſecundum illam ſpeciem & quod receptio duarum partium ex quibus componitur ſit receptio duarum potentiarum diuerſarum & quod tertia compoſitio earum ſit tertiæ potentiæ, ſicq; iam declaratum eſt ex hijs ſermonibus quod hic ſint tres potentiæ uidelicet potētia con

ſtituens phantaſmata, potentia conſtituens ſpeciem illius phantaſmatis, & potentia componens illam ſpeciē illius phantaſmatis, & ideo perficitur memoria adiumento iſtarum trium potentiarum & conſtitutione uniuſcuiuſq; earum, eius quod eſt ei proprium. Ariſtoteles autem intendit manifeſte quod hæc potentia hoc eſt memoria eſt alia a potentia imaginatiua & q̄d ipſæ ſint duæ ſecūdum quidditatem & ſubiectum, quia nos aliquando comprehendimus ſpeciem formæ phantaſticæ ſine forma phantáſiata, & aliquando comprehendimus formas abſque hoc quod abſtrahimus ab ea ſpeciem formæ & ideo poßibile eſt naturaliter quod conſeruemus plures res ſimul, ſed non eſt poßibile nobis quod phātaſticemur eas, iam autem diximus quod potentia conſeruationis & memoriæ ſit una ſubiecto duæ ſecundum modum, quia quando uirtus phantaſtica comprehendit Socratem demoſtratum ea quæ imprimit impreßione huius eſt ſecundum conſeruatiuam & id quod comprehendit ſecundum potentiam memoratiuam eſt illa impreßio & ideo ſenſibilior eſt diſpoſitio uirtutis memoratiuæ quam ſit uirtutis phantaſticæ, quia autem operatio huius potentiæ ſecundum formam ſenſibilem eſt altera duarum operationum aut compoſitio aut reſolutio & hoc quoniam quando rediret in eam forma quam iam ſenſerat eius operatio eſt compoſitio, hoc autem fit ſicut diximus quando conſtituerit utraque duarum potentiarum rem ſimplicem cuius appropriatur eius conſtitutio, & tertia potentia componit, reſolutio uero & ſeparatio fit per diffinitionem rei ſenſatæ toto tempore quo perſeuerauerit eſſe

ſenſata;hoc autem fit quando ſentiens prius ſenſerit eſſe extra animam & poſtea imaginaretur eam imaginator deinde ſecernet diſcernes intentionem formæ ab eius impreſsione deinde reciperet eã conſeruãs quã ſecernerat diſcernẽs; q̃n autem receſſerit eſſet eius reditus ſecundum modum compoſitionis, & exiſtentibus iſtis potentijs diuerſis ſua loca capitis ſunt diuerſa; & quia eſt quod ſentiens id ſentit primo deinde imaginatur imaginans deinde ſecernit diſcretiua deinde recipit conſeruans unde ſequitur neceſſario quod imaginãtis ſit in ipſo orizonte ſentientis deinde ſuccedat ei extimatiua hoc eſt diſcretiua & hoc in medio loco, deinde ſuccedit extimatiuę conſeruatiua & memoratiua & hoc in poſteriori cerebri & hoc ſecundum id quod famoſum eſt de iſtis locis, iam autẽ ſenſu notum eſt quod loca iſtarum potentiarum ſint hæc loca propter morbos offendentes ſingulas iſtarum potentiarum egrotantibus ſingulis hijs locis & hoc quia quando egrotauerit & corrupta fuerit complexio anterioris cerebri ſolum egrotat phantaſia; illius hominis & nõ egrotat eius extimatiua, quando autem egrotauerit poſtremum cerebri egrotat eius memoria & eius cõſeruatio hoc aũt eſt notũ apud medicos, ideo ſunt hic quinq; gradus quorum primus eſt corporeus multæ corticis quæ eſt forma ſenſata extra animã, ſecundus gradus eſt eſſe huius formæ in ſenſu communi quæ eſt primus gradus ſpiritualium, tertius autem gradus eſt ſuum eſſe in potentia phantaſtica & illa eſt magis ſpiritualis quam prima. Quartus autem gradus eſt eius eſſe in uirtute diſcretiua & quintum eſt eius eſſe in potentia

memoratiua quæ eſt ſpiritualiſſima omnium quia ipſa eſt quæ recipit fructum eius quod diſcreuerunt primæ & deputauerunt a cortice, ſicq; iam declaratum eſt ex hoc ſermone quod ſit eſſe iſtius potentiæ & quæ ſit eius eſſentia quia eſt alia ab imaginatiua & alia a diſcretiua & quod perficiatur eius operatio per communitatem diſcretiuæ & imaginatiuæ & hoc aut per diffinitionem compoſitionis aut per diffinitionem diuiſionis & declaratum eſt quod conſeruatio ſit coniunctio ipſius rei ſenſatæ cum iſta potentia abſq; hoc quod pauſe & quod obliuio ſit eius ablatio & memoria eius reditus poſt obliuionem, & quod reminiſcentia ſit eius reductio, & quod ipſa ſit propria homini & ideo conuenit quod ſpeculemur quomodo reminiſcatur reminiſcens eius quod ſenſerat ipſum & oblitus eſt eius & dicimus quod hominem reminiſci alicuius cuius iam oblitus fuerat fit neceſſario in conſtituendo ſpeciem illius rei & iam conſtare fecerat ipſam potentia memoratiua & formam rei conſtituit potentia imaginatiua et compoſuit diſcretiua ſpeciem quam diſcreuerat & ſeparauerat, iſte ergo ſunt intentiones in quas diſtincta eſt forma ſicq; ipſa eſt compoſitio & compoſitum eſt ipſum diſcretum, & ſpeciem, formã autem conſtituit memoratiua & eius impreſſionem conſtituerat phantaſia, compoſitionem autem ſpeciei cum impreſſione largitur diſcretiua & nexu iſtarum trium potentiarũ conſtituitur res cuius oblitus fuerat apud reminiſcentiam & ſi prohibetur conſtantia rei præſentis homini hoc fit per locum debilitatis & corruptionis quæ attinxerit unam ipſarum potentiarum & corruptæ fue

runt reliquę ad corruptionem illius potentiæ hæc autem corruptio quæ accidit quibuſdam iſtarum potentiarum ab aliquibus accidit ut plurimum ſuperiori ab inferiori. Exempli *gratia quia imaginatiua dolet & corrumpitur ad corruptionem ſenſus & inficitur ad eius infectionem & non dolet ſenſus ad dolorem imaginatiuæ & ſic potētia diſcretiua dolet ad dolorem potentiæ imaginatiuæ & non dolet imaginatiua ad dolorem illius, hoc autē ita fuit quia ſpirituale dolet ad dolorem corporei ſed non dolet corporeum ad dolorem ſpiritualis,et ſic in iſtis ſpirituale dolet ad dolorem minus ſpiritualis ſed non dolet minus ſpirituale ad dolorem magis ſpiritualis & non ſolū accidit ex nexu iſtarum potentiarum & ipſarum coadiumento,conſiſtentia rei quam iam ſentierat & eius oblitus fuerat ſed etiam aliquando conſtant quibuſdam hominibus apud nexum formarum res ſenſate quas non ſentierāt ante ſecundum narratæ fuerant eis ſua attributa ſolum ſicut retulit Ariſtotiles de quodam antiquorum qui imaginatus fuit res quæ traditæ fuerant ei auditu abſque quod uideret eas,quādo autem expertæ eſſent illæ formæ inuenirentur ſicut ſibi apparuerunt & ſecundum hunc modum poßibile eſt quod imaginaretur elephantem qui nunquam ſentierat ipſum hoc autē accidit homini apud nexum iſtarum trium potentiarum nexus autem earū eſt ex parte animæ rationalis hoc eſt propter earum obtemperantiam ei ſicut earum ſeparatio fit per animam beſtialem,earum uero nexus eſt difficilis et remotus homini ex quo eſt per intellectum,quies autem animæ beſtialis eſt per earum ſeparationem &*

ideo accidit hæc unio illis qui ponunt diligentiam cogitationis eorum in contemplatione & auferunt a ſe labores quibus laborare faciunt ſenſus & reducūt ſenſum communem eorum adiuuandum has potentias & ideo aliquando uniuntur iſtæ potentiæ in ſomno & iuuant ad admirabilia mundi & in diſpoſitionibus ſimilibus ſomno ſicut eſt egritudo apoplexiæ quæ accidit illis de quibus dicitur quod ſint effecti ſocij ſpiritui eorum aliquando autem accidit, ut dicit Ariſtotiles quod iſtæ potentiæ non indigent alterutrarum adiumēto ad conſtituendum id quod earum eſt conſtituere ſed aliquando conſtituunt id quod earū eſt conſtituere abſq; hoc quod indigeant adiumento alterius & aliquando non decet eos quod conſtituant aliquam rem niſi adiumento alterutrius, differentia autem animæ ſupra partes rei & eius conſtitutionem ſecundum modum reminiſcentiæ & ſic inter motum animæ ſupra partes rei & eius conſtitutionem ſecundum modum conſeruationis & eſt quia eius motus ſupra partes rerum quarū reminiſcitur eſt pauſans immo ſecūdum modum tranſlationis a rebus extraneis ſupra partes rerum quarum reminiſcitur & hoc quia reminiſcimur rei per ſimile eius & ſuum exemplar conſeruatio autem non indiget hoc, motus autem ſupra partes rei quem conſtituit eſt conſeruatio, motus autem reminiſcentiæ ſupra partes prædictæ rei non eſt æqualis quia trāſfertur ex proportionalibus de aliqua re in aliam rem & ideo operatio conſeruationis eſt nobilior operatione memoriæ quia motus æqualis eſt nobilior pauſante uario, conſeruatiua itaq; uniuerſaliter conſtituere ſpecies par=

tium rei conſeruatæ ſecundum ſucceſsionem & continuationem, quando autem cōſtituerit eas et compoſuerit diſcretiua quaſdam aliquibus & impreſſerit eas in imaginatiua, potentia autem memoratiua cōſtituit partes rei motu pauſante non continuo quando autem euidens fuerit eſſe partium rei per iſtas tres comprehenſiones quæ fuerant paucarum corticum ex parte diſcretiuæ & imaginatiuæ eius reminiſcentia eſſet facilior, ſi autem eſſet plurium corticum ex hijs duabus partibus reminiſcentia eſſet difficilior, rerum autem uniuerſalium reminiſcitur ex parte ſimilium quæ ſuccedunt eis & ideo aduenit de eis obliuio ſicut aduenit de ſingularibus. Memoria autem eſt formarum facilium ad reducendum eas, reminiſcentia autem eſt formarum quæ ſunt difficilis reductionis formæ autem quæ ſunt facilis reductionis ſunt illæ quæ apud potentiam phantaſticam & ſenſum communem ſunt multæ corporeitatis paucæ ſpiritualitatis formæ uero difficilis reductionis ſunt illæ quæ ſunt multæ ſpiritualitatis paucæ corporeitatis, hoc autem ita fuit quia protrahit moram operatio ſenſus communis in diſcretione formarum ſpiritualitatis quæ ſunt multæ corporeitatis ab earum corporeitate & accidit ei quod in ea permaneat illa forma & præcipue quando reciperet eam pauci corticis ſicq; iā declaratum eſt ex hoc quomodo eſt reminiſcentia & memoria & quæ differentia ſit inter eas & inter conſeruationē, remanēt itaq; de paſsionibus huius potentiæ quarum Ariſtotiles meminit duæ quæſtiones quarum una eſt quia reminiſcitiua doleat abſq; hoc quod utile & delectans ſit in actu.

Et

Et dicimus quod reminiſcitiua gaudeat reminiſcentia eorum quæ non ſunt in actu ex parte eorum quæ demittunt illas ſupra reminiſcentem quæ ſunt res entes in actu quæ ſunt neceſſario res proportionate rebus quarum reminiſcitur & ex quo eſt ſimile rei comprehenſe in actu comprehendit reminiſcens gaudium & triſtitiam apud hoc quod comprehenderet ſi illa eſſet in actu ſicut apud ſpeciem ipſius animæ in termino poſſibilitatis, et hoc qa quando eſt phantaſma eſſet ipſa res poſſibilis eſſe ſic quando autem anima comprehenderet aliquam rem ex parte ſenſati proportionati illi rei quæ præterita eſt conduxit eam intellectui ad extimandum illud ſenſatũ quod ſit generis eius cuius fuerat ſenſatum apud eam & eſt in potentia & potẽtia eſt quod exeat in actu ſicut exiuerat hoc conſimile quod excitauerat eam ad illud & ob hoc accidit dolor de re cuius reminiſcitur aut uoluptas ſicut accideret ſi eſſet in actu, bona uero memoria hominũ eſt quæ eſt tardi motus in qua permanet id quod tranſit in ipſam ex ſenſibilibus et ille eſt cuius poſterior cerebri reſiſtit formæ aduenieñti & hic eſt ille cuius complexioni illius loci dominatur ſiccitas magis quam ſit prædominans humiditas, quia ſemitæ ſiccitatis eſt quod ſit difficilis ad recipiendum quando autem receperit formam ſemite eius eſt quod permaneat in ea et retineat ipſam longo tempore, e contrario diſpoſitionis humiditatis, & ideo homines quorum cerebri complexio eſt hæc complexio ſunt bonæ memoriæ quia bonitas memoriæ eſt ex permanentia impreſſionis formæ impreſſæ in potentia phãtaſtica, illorũ uero quorũ loco tali p̄dominatur hu

miditas non recordantur rerum propter paucitatem permanentiæ formæ in humiditate, ſed ſunt faciles ad recipiendum propter facilitatem recipiendi formam quæ eſt humiditatis & ideo ille qui eſt multæ ſiccitatis eſt paucæ apprehēſionis & multæ memoriæ & ille qui eſt multe humiditatis eſt multe apprehenſionis multæ obliuionis difficilis ad recordandum, in medijs autem ſecundum hanc complexionem colligitur bonitas apprehenſionis & bonitas memoriæ & ideo bonitas memoriæ attribuitur ætati iuuentutis ut plurimum obliuio uero accidit pueris & ſenibus, pueris quidem per locum humiditatis accidentalis ſed inueniuntur quidam ſenes bonæ memoriæ quando ſupra ſuam complexionem naturalem nō prædominatur hæc complexio naturalis & hoc quia complexio naturalis ſenis eſt complexio ſiccitatis & ideo inuenitur ipſe ſenex conſeruans hoc eſt intelligens, paruuli uero ſunt magis conſeruantes quam ſint memorioſi, iuuentus uero eſt in qua inueniuntur ambæ res magis hoc eſt apprehenſio & memoria. Reminiſcitur autem homo ualde eius quod ſentierat in eius pueritia bona memoria quia in eius pueritia eſt uehementis deſiderij ad formas quæ tranſeunt ad ipſum uehementis cupidinis ad eas & protrahit moram & earum confirmationem ab eis & bonificat earum conſiſtentiam & difficilis eſt earum ablatio.

Explicit ſermo de Memoria, et Reminiſcentia.

DE SOMNO ET VIGILIA.

POſtquam autem loquuti ſumus de hac potentia & eius paſſionibus, loquamur itaq; de Somno & Vigilia, ſpeculatio autem de eis, primo eſt an ipſa ſint potētiæ animæ aut corporis aut ſint ex illis in quibus communicant anima & corpus & cui parti ipſarum partium animæ attribuuntur iſtæ potentiæ & cui membrorum corporis & cui animalium una iſtarum duarum potentiarum quia inuenta una inuenitur ei altera, & dicimus quod Somnus & Vigilia deſcribuntur quibuſdam deſcriptionibus quarum prima eſt Somnus eſt ſenſus in potentia hoc eſt entium in potentia, eſt autem manifeſtum quod dormiens uideatur quod comedat & bibat & ſentiat omnibus quinque ſuis ſenſibus Vigilia uero eſt ſenſus in actu. Ex duabus autem iſtis deſcriptionibus apparet quod ſomnus ſit priuatio uigiliæ quia id quod eſt in potentia eſt priuatio eius quod eſt in actu, ſenſus autem qui eſt in potentia in ſomno decet quod aliquādo exeat in actum & hoc per inſomnia & notificationem futurorum mirabiliū, & licet ſenſus qui eſt in potentia eſt nobilior ſenſu qui eſt in actu, mendacium uero ſenſus in potentia eſt uilius & quod eſt in actu eſt nobilius illo, ueriſimile autem eſt ſic quod res ſint ſicut dicit Ariſtotiles quod ſenſus qui eſt in actu ſit corporeus & qui eſt in potentia ſit ſpiritualis, corporeum autem eſt nobilius apud ſentientē corporeum & ſpirituale eſt nobilius apud comprehendentē ſpirituale ſed ſpirituale nō eſt nobilius corporeo nec corporeum ſpirituali apud

ſpiritualem'ſpirituale uero ſimpliciter eſt nobilius cor poreo,& ſenſus ſpiritualis non inuenitur in ſomno ſolum ſed aliquando in uigilia tempore nexus trium potentiarum & earum unionis ſicut præmiſſum eſt in noſtro ſermone,& ex iſtis duabus deſcriptionibus apparet quod iſtæ duæ potentiæ ſint una ſecundum ſubiectum & duæ ſecundum quidditatem & diffinitionem & quod earum ſubiectum ſit potentia ſenſitiua comprehendens & quod utraq; earum ſit communis animæ et corpori, eſt autem quædam operatio animæ ſenſitiuæ ex rebus communibus animæ & corpori quia ipſe non fiunt niſi organis,apparet autem quod ipſe ſint attributæ potentiæ ſenſus communis ex hijs quæ dicam & hoc quia impoßibile eſt quod attribuantur potentiæ nutritiuæ quia plantis non eſt ſomnus quia non eſt comprehenſio eis. Poſtquam autem non attribuuntur animæ quæ non eſt ſenſitiua neceſſario attribuuntur animæ quæ eſt comprehenſiua & ex comprehenſiuis alijs quam ſit rationalis quia animal irrationale dormit quia autem animal dormiens non caret aliqua re tempore ſomni de organis ſenſus nec de organis motus & cum hoc ipſe non ſentit nec mouetur & tranſeunt per ipſum ſenſibilia & non ſentit ea, nouimus quod cauſa ſomni ſit quia comprehenſiuum ſenſuum iam declinauit ab illis organis intra corpus & ex quo iam declaratum eſt quod hæc ſit potentia ſenſitiua communis omnibus quinque ſenſibus & ille eſt qui indicat diſtinguere ſenſibilia & eorum diſpoſitionem & eorum multitudinem, nouimus quod declinans ex iſtis organis ſit ſenſus cōmunis et quod quidditas ſomni

ſit profundatio ingreſſus iſtius potentiæ ſenſitiuæ communis extra eius organa intra corpus & quod ſomnus ſit motus iſtius potentiæ ſenſitiuæ ad eius organa extra corpus, & ideo aliquando deſcribitur ſomnus q̃d ſit quies motus, & uigilia cõtinuatio motus & hæc oratio ſignificat quidditatem ſomni magis quã oratio præcedens, ſignum autem quod ſomnus ſit profundatio ſenſus communis intra corpus eſt quia uigilanti accidit ſimile totius huius, quod tranſeũt ſenſibilia & non comprehendit quando negotiatur cogitatione in aliquam rem quia eo tempore deſtruuntur organa animæ ſenſitiue & opponitur ſenſus communis intra corpus ad ad iuuandum potentiam cogitatiuam quia uirtus cogitatiua fortificatur quiete aliorum ſenſuum & ideo homo comprehendit res futuras in ſomno & nõ comprehendit eas in uigilia adiumentum uero iſtius potentiæ ad cogitatiuam eſt quando conſtat apud ipſam de deſcriptione illius rei & deputauerit eam phantaſia ut faceret eam conſtare potentiæ cogitatiuæ, & hoc quia res quæ comprehenditur cogitatione eſt ſpiritualis & ad eius comprehenſionem quæ attribuitur ei indiget notitia iſtarum potentiarum, hoc autem non accidit alicui animalium præter hominem, quia non eſt eis potentia intellectiua ſed comprehendunt de ſenſibilibus deſcriptiones rerum & earum cortices et ſignum huius eſt quia ipſe aliquando procedunt ſuper noxia eis & non remouent ipſa & ſuper proficua & non mouentur ad ea ſicq; deſcribatur etiam ſomnus quod ſit nodus potentiarum & ipſarum fortificatio, uigilia autem ſolutio potentiarum & ipſarum imbecillitas & hoc quia ex

quo uigilia eſt negociatio ſenſuum in ſuis organis acci dit ei ſolutio a ſuis organis propter imbecillitatem & laßitudinem, ſomnus autẽ ex quo eſt quies iſtarum po tentiarum accidit ei quod ipſe ſit nodus iſtarum poten tiarum quia illa acquirunt per ipſum ſolertiam & ui= gorem, quia autem hæc imbecillitas accidit organis ex doloribus aggredientibus eam ſicut eſt laßitudo & la= bor & alias, ideo hijs rebus etiam eſt ingreſſus ad deſcriptionem ſoni. Quando autem apparuerit hoc de diſpoſitione ſoni conuenit quod omni animali cui ẽ uigilia quod ſit ſonus, qa imbecillitas aggreditur ani= mal neceſſario ſed hoc non ſequitur animal ſecundum unam ſpeciem & unum gradum & hoc quia anima= lium quoddã eſt cui eſt ſomnus & huic inſunt ſomnus & uigilia perfecte & inſunt lætitia & meſtitia & uo luptas perfecte etiam, quia ineſt ei ſenſus cõmunis per fectus & eorum eſt cui inſunt tres ſenſus ſolum & ali cui quatuor ſenſus & huic ineſt ſomnus ſed nominibus quinque potentijs quia non eſt eis uigilia & non adue nit dubium quin ſomnus perfectus & gaudium et læti cia inſint ſenſui cõmuni perfectio quod eſt animali cui inſunt quinque ſenſus, quia nos inuenimus plura quæ amiſerint quoſdam iſtorum ſenſuum & dormiant ſi= cut cæcus et ſurdus et qui non olfacit, quia hic defectus eſt accidentalis non naturalis præterea quia hij non ca rent ſenſu communi ſed carent organis quibus ſenſus communis dominatur ſenſibilibus quidam uero homi= nes deſcripſerunt ſomnũ quod ſit id quod ſit ex imbe= cillitate potentiarum ſenſitiuarum ſed non omnis ſom nus ſit ex imbecillitate potẽtiarum ſenſitiuarum quia

aliquando ſit ex ſatigatione intellectus & ſpeculationis de una re in qua profundatur ſenſus communis adiuuandum potentiam cogitatiuam non quia offendat eam imbecillitas ſed eius operatio eo tempore eſt fortior quam ſit tempore uigiliæ, ſignum autem quod potentiæ ſenſitiuæ uigilent cum ſomno, eſt quia quãdo ali cui homini difficilis eſt aliqua res & cogitauerit in ea accidit ei ſomnus ſicque aduenit quibuſdam hominibus quod accidit eis quid ſimile mortis hoc eſt per imbecillitatem ſuarum potentiarum extrinſecarum loco potentiarum intrinſecarum ſpiritualium & earum comprehenſio rerum nobilium eſt ſuus aſcenſus ad res ſpirituales quæ ſunt in mundo angelorum & in cœlis & alibi & hij ſunt de quibus dicitur quod ſiant herores ſecundum eorum ſpiritum, quia autem ſenſus communis ex quadam parte eſt unus et ex aliqua parte plures ex ea quidem parte qua eſt unus eſt ex ea parte qua comprehendit omnia quinq; ſenſibilia, plures uero ex parte organorum ac ſi diceretur ex parte qua eſt ei oculus & auris & naris & hic ſenſus ſubijceretur ſomno & uigiliæ & ipſe continet plures potentias potentiarum ſenſus ideo eſt manifeſtum quod ſomnus & uigilia contineat plures uirtutes uirtutum animalis & ideo eſt quod dicit Ariſtotiles quod conueniat quod homo adequatur inter iſtas duas potentias & non declinet in unã earum magis quam in alteram & hoc quando declinauerit ad ſomnum plus expedienti ſtupeſcit anima & organa naturalia quæ approprianţur ei. Quando autem declinauerimus ad uigiliam corrumpuntur potẽtiæ & organa naturalia quæ eis approprianţur ſicque in ali

qua potentiarum animæ inuenitur ſomnus & uigilia quia autem impoßibile eſt huic potentiæ eſſe ſine ſubiecto proprio hoc autem eſt membrum in quo eſt iſta potentia, cõuenit itaque quod perſcrutemur de hoc membro quod membrum ſit & ſi inuenitur in pluribus quam in uno membro cui eorum inueniatur primo & cui eorum inueniatur ſecundo & qua ex cauſa inuenitur & quomodo inueniatur, dicimus autem quod iam declaratum ſit in eo quod præmiſſum eſt quod principium ſenſus communis ſit in corde et quod cerebrum ſit ultimum organorum perficientium hoc opus ex parte æqualitatis quæ ineſt ei. Quando hoc ita fuerit et ſomnus fuerit profundatio ſenſus communis intra corpus, manifeſtum itaque eſt quod initium huius motus fuerit cor et eius ultimum ſit ad cerebrum ſomni uero initium eſt ex cerebro et ultimum eſt ad cor ſecundum ueritatem eius, initium ſunt iſtæ duæ res eſt quidem ex corde ſed cerebrum eſt cauſa ſomni quædam cauſa magis quam ſit uigiliæ et uniuerſaliter utrunque eorum eſt cauſa huius ſed cor eſt cauſa prima et cerebrũ eſt cauſa ſecunda, quãdo autem hoc ita fuerit hæc duo membra ſunt communia hijs duabus potentijs. Qua uero ex cauſa accidat hijs duobus membris apparet ex hijs quæ dicam et hoc quia quãdo poſitum fuerit quod cuius que accidentis quod accidit animali cauſa ſit calor aut frigus aut humidum aut ſiccum uel quod compoſitum eſt ex hijs et poſitum fuerit quod ſomnus ſit profundatio ſenſus communis quod ſit eius primum et illud eſt ſubiectum ſenſus communis quod quidem eſt calor elementalis manifeſtum itaque eſt quod ſomnus

fiat

ſiat per declinationem caloris elementalis & eius ex pergeſieriſit eius reditus ad ſuum principium quod eſt cor, quia motus ipſe eſt corporis inquantum ipſe motus eſt & ideo non mouentur potentiæ niſi ex parte ſuorũ ſubiectorum, quando autem declaratum fuerit hoc & expergefaciẽs calorem elementalem intra corpus accidit & propter eius contrarium quod eſt frigus & humiditas ſicut extẽſio & motus extra accidit ei propter calorem & ſiccitatem, conuenit itaq; quod accidat ei hoc accidens tempore ſomni propter frigus & humiditatem quæ prædominatur cerebro et quod uigilia accidat propter calorem & ſiccitatem prædominantem complexioni cordis, quomodo uero accidat expergefactio ex frigore & humiditate notificatur ex hijs quæ dicam humiditatis quidẽ ſemitæ eſt quod obſtruat aditus caloris elementalis per uenas & neruos & impedit potentiam & obſtat approximationi ad organum ei appropriatum ſicut obſtat nubis ſoli, & quando aucta fuerit humiditas nõ peruenit iſte ſpiritus extra, ſemitæ uero frigoris eſt quod moueat calorem elementalem ad mittentem ipſum ex parte qua eſt ei contrarium ſi autem non corrumperetur calor elementalis cum hoc etiam quod ſemitę frigoris ſit quod eo ingroſſetur uena & redeat minoris quantitatis & ideo elementum frigidum eſt minoris quantitatis elemento calido, teſtatur itaq; frigus & humiditatẽ eſſe agens ſomni id quod accidit de multiplicatione ſomni comeſtione rerum humidarum & frigidarum hoc autem accidens accidit alicui duabus ex rebus quarum una eſt decoctio nutrimenti & eius digeſtio in cerebro & corde

ſecunda autem eſt imbecillitas quæ prouenit organis ſenſuum & calori elementali quomodo uero accidat hoc calori elementali eſt ex iſtis duabus cauſis ut diximus & hoc quia quando nutrimentum permutatū fuerit in ſanguinem & redierit eius clarum ad cor deinde ad ſingula membra corporis ſicut conuenit ei & aſſimilatur eius naturæ progreſſum eſt ad cerebrum & id illius quod aſſimilatur ei & eſt pars frigida & humida, ſemitæ autem membrorum ad quæ uenit nutrimentum eſt quod frigeſiant & humectētur pluſquam fuerant & præcipue membrum quod natura eſt frigidū & hoc toto tempore quo nutrimentum perſeuerauerit in ipſa digeſtione quoniam calor elementalis alteratur etiam a nutrimento ſicut alteratur nutrimētum ab eo & humectatur pluſquam fuerat & frigeſit etiam quoniam nutrimentum eſt ex quadam parte ſimile & ex aliqua parte diſſimile, fiunt etiam ex decoctione in membris uapores groſſi & propter eos perturbatur ſpiritus elementalis & grauitat & mouetur coligens ſe ad ſuum initium quod eſt cor et fit ſomnus neceſſario ex quo autem cerebrum eſt frigidum & humidum & ſingula membra langueſcūt ut plurimum ex parte elementi prædominantis in eo quod principiatur in fieri huius accidentis eſt cerebrum cum hoc quod cor etiam eo tempore hoc eſt tempore alimenti aliquando ipſius calor frigeſcit quādo autem friguerit debilitatur eius operatio propter hoc ſicut cerebrum & reliqua organa, ſomnus itaq; accidit neceſſario loco imbecillitatis cerebri & utriuſq; imbecillitas eſt cauſa imbecillitatis alterutrius & ſi cerebrum eſſet forte huius cauſa eſſet

loco complexionis eius,cauſa autem imbecillitatis ipſo rum amborum ſimul eſt digeſtio nutrimenti & eius decoctio & ideo animal neceſſario dormit tempore quo perſeuerauerit in ipſa digeſtione & expergeſit quando perfecerit digeſtionem & aßimilatum fuerit nutritio quia tunc clarificatur calor elementalis ab humiditate & uaporibus & mouetur per arterias continuas & per neruum ſenſus extra & fit uigilia neceſſario, expergefactionis autem caloris elementalis tempore decoctionis ex organis ſenſuum eſt autẽ alia cauſa quia anima ex quo fuerat una ex quadam parte & plures ex aliqua parte habet in omnes has potentias declinationem quandam & quando grauaret ei aliquis actus operationem animæ facit declinare organa agentia animalium ab illo actu in illum actum ut fortificetur per hoc ad actum illum quem intẽderat, & ideo tempore digeſtionis nutrimenti facit declinare calorẽ elementalem ad actum potentiæ nutritiuæ hoc autem fit in loco in quo eſt eius operatio,hoc autem eſt intra corpus & hæc eſt una cauſarum qua fit ſomnus ex labore cuius ſunt duæ cauſæ quarum una eſt huius generis & hoc quia quando calor elementalis frigefactus fuerit & diminutus ex parte motus hoc eſt motus ſecundum locum & motus comprehenſionis hoc eſt per ſenſum mota eſt eo anima in profundum corporis ut ꝑ ipſum fieret in ipſum id quod reliquũ eſt de ultimo nutrimento ut multiplicet ſe & cõmutet per ipſum quod reſolutum fuerat per motum,ſecunda autem cauſa eſt quia quando motus frigefaceret calorem naturalem ipſe frigeſcit & minuitur & grauitat propter frigus

& dolet et coligitur in ſuum principium ut ex ſe expellatur complexio quæ accidit ei, ſomnus autem accidit uniuerſaliter propter tranſmutationem caloris elementalis ſecundum ſuam quantitatem et ſuam qualitatem, ſomnus u ero qui fit ex nutrimento fit propter eius humiditatem & eius frigus qui uero eſt ex labore eſt propter eius defectum & ſuum frigus. Quando uero hoc accidens animali accidat eſt propter neceſſitatem quia ex quo de neceſſitate horum corporum eſt quod offendat ea laſſitudo et labor et reſolutio cum motu et quod nutriantur indiguerunt ſomno loco quietis et neceſſitatis eſſendi natura, hoc autem eſt e contrario diſpoſitionis corporum cœleſtium quia ex quo non offenduntur laſſitudine et labore, et reſolutione et non nutriuntur non indiguerunt ſomno. Sicq; iam declaratū eſt ex hoc ſermone quid ſit ſomnus & cui parti partium animæ attribuitur ſomnus et cui membro membrorum corporis et quomodo accidat et quare accidat. Conuenit autem nobis poſt naturam ſomni quod notificemus naturam inſomniorum et quod ſuorum generum fuerit ex comprehenſionibus diuinis quæ nō attribuuntur habitui hominis nec eius inquiſitioni. Et dicimus quod harum comprehenſionum quædam eſt quæ uocatur inſomnium et earum eſt quæ uocatur diuinatio et earum eſt quæ uocatur prophetia, plures autem homines interimerunt eſſe huius et attribuerunt eſſe eius quod apparet de hoc accidenti: Quidam autem homines confirmauerunt ipſum. Quidam autem confirmauerunt partē et interimerunt partem, excludere autem ſuum eſſe eſt excludere ſenſata et præcipue

eſſe in ſomniorum uerorum quia multotiens quidam homines uident in ſomnia quæ notificāt quid fiendum ſit eis in futuris qñ autem homo expergefactus fuerit eius reiteratio in ſe ipſum fecit acquirere ei illam experientiam quia notitia prouenieńs ex eis eſt per ſe et ex natura agentis hoc non per accidens, et comprehenſionem aliam et licet non uiderimus eam ipſa eſt ualde famoſa illud autem quod eſt famoſum apud omnes aut numeratur cum neceſſario ſecundum totum aut ſecundum partem quia impoſsibile eſt quod famoſum ſit falſum ſecundum totum ſermo de quidditate in ſomniorum ſufficit et abundat in loquēdo de eis quia differūt ſecundum multum et paucum hoc eſt eſſe eorum, diuerſitas autem eorum nominum eſt propter diuerſitatem opinionum uulgi de cauſis eorum hæc autem eſt res nota quod ipſi opinentur de inſomnijs quod ſint ab angelis et de diuinatione quod ſit a demonibus et de prophetia quod ſit a deo aut ſine medio aut cum medio appropriata, præterea prophetia diuiditur apud eos quia ipſa uenit ad notificandum res ſapientiales ſicut eſt notificatio quidditatis beatitudinis et notificatio rerū quibus prouenit beatitudo prouenit autem notitia de eis in rebus generabilibus et corruptibilibus. Ariſtotiles autem ex hijs loquitur de inſomnijs ſolum et nos loquamur de eis et dicimus quod inſomniorum ſunt duæ ſpecies falſum et uerum. Cōuenit autem quod ſpeculemur de eis cui partium animæ attribuatur unaqueque iſtarum ſpecierum et quæ ſit cauſa agens unamquamque iſtarum duarum ſpecierum inſomniorum hoc eſt ueri et falſi et quare ſint in ſomnia uera et quomodo eſt poſ

ſibile quod ſint et quot ſunt ſuæ ſpecies et in quo gene-re noticiarum ſint et quare quidam homines intelligāt interpretationem inſomniorum et aliqui non intelli-gunt interpretari ea iſte enim ſunt radices quæſitorum quæ appetūtur in hoc genere. Et dicimus quod ex quo dormiens ſentit hæc ac ſi uideret et audiret et olphace-ret et guſtaret et tangeret et non ſunt ibi ſenſus ab ex-tra ſicque eſt quod principium huius motus ſit in ſom-no et eius ultimū ſit in uigilia et quia in uigilia hic mo-tus incipit ex ſenſatis quæ ſunt extra et finitur in me-moriam quæ eſt quintus gradus conuenit itaq; quod ſit eius principium ab hac potentia, ſed quia ex quo co gitatiua et memoratiua non ſunt agentes ſomnum ſed agens ſomnum eſt phantaſia quoniam hæc potentia eſt in perſeueranti motu et continuo actu imaginationis et exemplificationis et translationis a phātaſmate in phantaſma aliquando facit a diſpoſitionibus quæ ſunt in membro et aliquando facit hoc eſt impreſſionibus quæ ſunt in ſenſu communi et aliquando offendit ſpe-ciem illius rei quā imaginatus fuerat ex principio ab extra ſicut declarabimus et hoc duobus modis aut of-fenderet illam in ſe aut offenderet eius locum et eius fi guram et quæ hijs ſimilia ſunt declaratum eſt itaq; hoc ex toto quod in ſomnia attribuuntur potentiæ phanta-ſticæ primum inter potentias animæ ſiue fuerit uera ſiue fuerit falſa quomodo uero accidat ī ſomno ex hac potentia quod homo uideat ac ſi ſentiret ſuis quinque ſenſibus abſque quod ſint ſenſibilia extra animam hoc itaque fit e contrario motus qui fit inter ipſam et inter ſenſata quæ ſunt in uigilia et hoc quia in uigilia ſenſibi

lia ab extra ſunt quæ mouent ſenſus et mouet ſenſus communis potentiam phantaſticam ſicq; quando potentia phantaſtica imaginata fuerit rem quam acceperat ab extra aut a potentia memoratiua redit et mouet ſenſum communem communis autem mouet ſuas potentias particulares et accidit homini quod comprehendit ſenſibilia licet non inueniantur extra quia ſuæ ſpecies iam redditæ ſunt organis ſenſuum et non eſt differentia inter duas diſpoſitiones ſiue uenerint ab extra ſiue uenerint ab intra, aliquando autem accidit ſimile huius in uigilia timenti et egro et propter prædominiũ potentiæ phantaſticæ hijs temporibus quia quãdo fortificatur eius operatio redit mouens id quod erat motum ab ea quæ eſt ſenſus communis prædominatur autem motus potentiæ phantaſticæ in ſomno quia abſoluta eſt ex nodo potentiæ cogitatiuæ et exiuit ab eius poteſtate et propter imbecillitatem huius potẽtiæ hoc eſt cogitatiuæ in timente et egro accidit eis ſimile huius accidentis ſicq; iam declaratum eſt ex hoc ſermone quod inſomnia ſiue ſint uera aut falſa ſunt attributa potentiæ phantaſticæ. Speculabimur autem cauſas effectiuas iſtarum duarum ſpecierum in ſomniorum et dicemus quod inſomnia uera ſignificant notitiam entitatis rei ignote apud nos naturaliter ante illam noticiam quæ ut plurimum eſt priuata tempore notitiæ et hæc uerificatio quæ prouenit nobis poſt ignorantiam non prouenit ex notitia precedenti apud nos actiua nec poſt cogitationem et ſpeculationem ſicut prouenit nobis ſcientia ueri finis que prouenit nobis ex premiſſis quia iam declaratum eſt in libro Poſteriorum quod notitiam ue

rificationis et fortificationis præcedāt naturaliter duæ notitiæ effectiua et media hanc uero notitiam quæ prouenit in ſomno uidetur quod non præcedit ipſam ſpecies effectiua nunqnid uero accidat ei ſpecies media, habet locum ſpeculationis. Quando autē hæc notitia prouenit poſt ignorantiam et inuenitur in actu poſtquam fuerit in potentia et non eſt nobis noticiam efficiens hanc notitiam manifeſtum eſt quod diſpoſitio prouentionis eſt diſpoſitio proueniens primarum præmiſſarum ſeu dignitatum quando autem hoc ita fuerit conuenit quod efficiens utriuſque ſit unum & unius generis & quia iam declaratum eſt in ſermonibus uniuerſalibus quod omnis res quæ exit a potentia in actum habet efficiens illius generis extrahens ipſam de potentia in actum, oportet quod efficiens iſtam noticiam ſit intelligentia in actu & ille met eſt qui largitur prima principia rerum ſpeculatiuarum quarum eſſe declaratum eſt in libro de Anima, quia ambæ largitionis ſunt unius generis differentia autē inter utraſq; eſt quia in ſcientijs ſpeculatiuis largitur principia efficientia notitiam intelligi-bilium hic autem largitur notitiam ignotam ſine medio & ideo in hac ſpecie largitionis eſt locus admirationis & perſcrutationis uehementis quia ſi hæc largitio eſt poſsibilis homini nūquid poſsibilis ſit ei in omnibus potentijs ignotis & hoc in omnibus generibus aut hoc ſit poſsibile in quibuſdam generibus & non ſit poſsibile in aliquibus manifeſtum autem eſt ex diſpoſitione quod impoſsibile ſit quod ipſa ſint de aliqua rerum ſpeculatiuarum ſed ſunt de rebus futuris et uniuerſaliter quo modo res fuerit hæc ſpecies largitio

nis eſt

nis eſt ualde nobilis & attribuitur principio maiori quam ſit principium arbitrij & nobiliori eo immo eſt res diuina & prouidentia perfecta de homine cui prouenit hæc ſpecies notitiæ in pluribus rebus & ex quo quidditas prophetiæ ingreditur hanc ſpeciem largitionis attribuitur deo res autem diuinæ ſunt ipſi angeli. Et ideo dicebat Socrates athenienſibus o homines ego non dico quod hæc ueſtra ſciētia diuina ſit caſſa ſed ego dico quod ego ſim ſciens ſcientia humana ſicque ſpeculabimur de hoc poſtea ſecundum noſtrum poſſe & credulitate noſtra, redeamus autem ad id in quo fuimus et dicamus poſtquam declaratum eſt quod largiens hanc ſcientiam ſit intellectus purus a materia & iam declaratum eſt in ſcientijs diuinis quod iſte intelligentiæ ſeparatæ intelligant naturas uniuerſales & largiuntur ſimile ei quod eſt in ſua ſubſtantia impoßibile eſt quod largiantur rem particularem omnino quia non eſt naturæ earum comprehenſio illius rei particularis, diuiditur uero illa forma uniuerſalis in particularia ſecundum materiam hoc eſt ex parte qua non eſt ei conſiſtentia niſi in materia & ſi intelligentijs ſeparatis eſſet comprehenſio particularis eſſent neceſſario materiales & non agerent niſi per contactum actionem & paßionem poſtquam illæ intelligentiæ non intelligunt illas res particulares, utinam ſcirem an iſtæ intellectus agens largiatur hanc formam particularem appropriatam tempore, & loco una ſpecie & uno ſingulari ſpeciei, ego itaque uideo hominem qui comprehendit iſtas res & præcedit ei in ſomno notitia futuri in earum innouatione eius quo eſt appropriatum ſuo

corpori aut ſue animæ aut ſuis affinibus aut hominibus ſuæ regionis & uniuerſaliter eius quod iam ſciuerat hoc autem dubium eſt duorum locorum quorum unus eſt quomodo proueniant res particulares ex influentia uniuerſali ſecundus autem locus eſt quare appropriatur hæc largitio particularium appropriatarum homini quem offenderit eorum notitia, loquutio itaque de iſtis rebus licet ſit remota ſecundum comprehenſionem humanam oportet quod perueniat ex hoc ad ultimum eius quod eſt eius naturæ comprehendere ipſum quia eſſentia beatitudinis non eſt aliqua res ultra hoc & dicimus quod rerum quæ fiunt quædam ſunt ſingularia ſubſtantiarum & quædam ſunt ſingularia accidentium & ſingularium ſubſtantiarum quædam ſunt ſingularia ſubſtantiarum ſimplicium & quædam ſunt ſingularia ſubſtantiarum compoſitarum & iſta ſunt duarum ſpecierum aut animata ſicut plantæ & animalia aut inanimata & quæ ſunt ſui generis, ſingularium uero accidẽtium quædam ſunt in ſingularibus inuenta ſubſtantiarum ſimplicium & quædam ſunt accidentia quæ fiunt in ſingularibus compoſitis & hæc ſunt duarum ſpecierum aut inuenta in ipſis animatis aut accidentia inuenta in inanimatis & utraque iſtarum duarum ſpecierum eſt a natura aut a uoluntate ſingularium uero ſubſtantiæ omnium ſunt determinatæ cauſæ efficientes ſicut declaratum eſt in ſcientia naturali quia non inuenitur ſingulare ſubſtantiæ in accidenti quia iam declaratum eſt in libro Perygeneſcos quod innouatio partium elementorum & tranſmutatio earum ad ſe inuicem eſt determina-

ta ordinata ſeruata intenta ex parte motuum corpo= rum cœleſtium & ſic eſſet poßibile quod eſſet genera= tio & corruptio in ſuis partibus & quod remanerent ſemper ſeruata ſecundum ſuam totalitatem & ſic etiã declaratum eſt in illo eodem libro quod corpora ſimi= lium partium quæ fiunt ex elementis primo ſunt de= terminata eſſe cauſarum contentarum propter mo= tum corporum cœleſtium quæ ſunt cauſæ remotæ cor porum ſimilium partium & formæ elemẽtorum ſunt cauſæ propinquæ & declaratum eſt etiam in libro de Animalibus & plantis quod ſingularia plantarum & animalis ſunt diffiniti eſſe determinatarum cauſarum in propaganti quidem eorum eſt ex parte geniture et intellectus agentis, quando autem non eſt propaganis eſt propter elementa & corpora cœleſtia & intelle= ctum agentem quando autem fuerint hæc ſingularia definiti eſſe natura eorum eſt intellecta neceſſario a for ma ſeparata cuius proportio ad eas eſt proportio for= marum artis ad facta per ipſam ſingularia uero acci= dentium quædam ſunt quæ ſunt ex cauſis naturalibus & quædam ſunt quæ ſunt ex cauſis uoluntarijs & quæ dam quæ ſunt a caſu & hoc in duabus ſpeciebus ſimul hoc eſt in rebus uoluntarijs & rebus naturalibus id au tem quod eſt a caſu nõ habet naturam intellectam quia non habet cauſas determinatas & ideo impoßibile eſt quod agat in hominem notitiam de eo quod fit ex iſtis niſi ſecundum aliquam ſpeciem accidentis ſecunde ue= ro ſpeciei accidentium determinatarum cauſarum eſt neceſſario natura uniuerſalis quæ eſt prima cauſa ſui eſſe conuenit itaque neceſſario cuius notitia contine=

tur per ſe cauſæ ſint per ſe quando autem fuerint ibi cauſæ entes per ſe illæ ſunt neceſſario intellectæ a natura uniuerſali ſiue nos intelligimus eas ſiue non intelligimus, uerum tamen non comprehenditur notitia in nouationis iſtorum ſingularium per ſillogiſmum & hoc eorum quæ multo tempore præceſſerunt quia ille cauſæ non ſunt definiti eſſe apud nos cum hoc quod in ſe ſunt definiti eſſe, nos autem comprehendimus nobiliorem iſtarum cauſarum & communia uniuerſalia inter gradus & proportiones quas nos comprehendimus de hoc quæ ſunt determinatæ apud naturam intellectam quæ aſſimilatur illis quod apud illos eſt illius naturæ ſenſibilis & mouentur ab ea mouentur ſicut mouentur organa a formis magiſterij multorum graduum & forſitan ſunt etiam eorum, & ideo eſt quod apparet quod non fiat aliquod ſingularium per ſe a natura niſi ex præexiſtenti cognitione quas artifex mouet ſicut dicit Ariſtotiles ſecundum menſuram notitiæ artificis, eorum uero quæ fiunt a uoluntate & arbitrio quædam ſunt quæ ſunt per ſe definitarum cauſarum licet non ſint definitæ apud nos & hoc uel ex moribus animalibus naturalibus aut ex moribus orientibus ex ſemita & opinionibus humanis quia has etiam oportet quod ſint determinatæ apud naturam licet non ſint definitæ apud nos Aſtronomia autem largitur iuditium de nouitate ſingularium ſicut putauerunt quidam homines quod illud proueniat eis ex diſpoſitionibus corporum cœleſtium appropriatorum innouationi ſingulorum ſingularium ſpecierum et ideo putauerunt illi qui dicunt reditum circularem quod

oporteat quod redeant ſingularia ſenſata eadem & hoc propter id quod putauerunt per diſpoſitionem corporum cœleſtium eedem ſint definite quando autem totum hoc conſtiterit non eſt negandum quod intelligibilia ſeparata largiantur animæ, phantaſticæ naturam uniuerſalem quæ eſt illius ſingularis quod ſit hoc eſt quod intelligitur ex parte cauſarum ſuarum, anima autem phantaſtica recipit illud particulare hoc eſt quod recipiat ipſum ex parte qua eſt in materia & ille eſt modus quo ad particulare, anima uero phãtaſtica recipit illud particulare ex qua parte ipſa eſt materialis ſicut declaratum eſt in libro de Anima & forte recipit illud ſingulare intellectu uere & fortaſſe recipit quod circumſcribit ipſum & tunc illud in ſomnium indiget interpretatione ex quo phãtaſia non poſſet accipere intellectum uniuerſalẽ accipit ipſum per ſua ſingularia modo propriori naturæ uniuerſali hoc eſt recipiendo quod circumſcribit ipſum quia circumſcriptio rei eſt plures res in potentia & ſicut intellectus agens largitur perfectiones uniuerſales materia autem recipit eas receptione particulari ſic largitur hic ultimam perfectionem animæ phantaſticæ uniuerſalem, anima autem particularem eam recipit quia iam declaratum eſt quod intellectus agens largiatur primas perfectiones potentiarum animæ particularium hoc eſt quinque ſenſibus & potentiam phantaſticam quia ipſe largitur has formas & præparationes largitio uero ultimarum perfectionum earum ſunt ſenſibilia ſed in hac comprehenſio ſpiritualis quæ ſit in ſomno aut in ſimili ei ipſe largitur animæ phantaſticæ

ſubſtantiam imaginationis & præparationis quæ pri ma perfectio animæ phantaſticæ ſicut autem medicus expertus pronoſticatur quid in futurum accidet corpori Socrati & eius animæ aliquo certo tempore & hoc per duo principia quorum unum eſt uniuerſale intellectum & alterum particulare ſenſatum ſic hæc pronoſticatio conſtruitur ex quodam uniuerſali quod datur ab intelligentia & ex quadam ſpecie particulari quæ aſsimilatur illi uniuerſali ſed quia homo non comprehendat ex hijs particularibus niſi quod eſt appropriatum ſuo tempore & loco & corpore & hominibus ſuis præter alia particularia quæ conueniunt illis in illa natura uniuerſali hoc eſt quia oportet hominem habere in hac comprehenſione alteram duarum ſpecierum generum præcognitionum uerificationem & formationem quæ eſt cognitio præparans hoc eſt notitia informans formam phantaſiæ & debet præcedere uerificationem, homo autem non poteſt acquirere hanc notitiam niſi de ſingularibus quæ iam præſciuerit & præcipue de illis ſingulaaibus quorum facit maxima ſolertia quoniam de ignotis ei non poteſt acquirere ſcientiam quoniam licet non oporteat hanc uerificationem quod præcedat eam notitia efficiens oportet ut præcedat eam notitia præparatiua ſed quare potentia phantaſtica ut plurimum non inducat ſpeciem ſingularem quæ eſſet ſub illo uniuerſali quod largitur intelligitur ſed inducit ſpeciem ei ſimilem hoc accidit quia rei ſenſatæ eſt duplex forma hoc eſt ſpiritualis & forma ſimilis & corporea, quæ eſt forma rei ſenſate non forma ſimilis, forma autem ſimilis uni-

uerſali quia eſt propinquior naturæ uniuerſali quam uera forma rei & ideo anima phantaſtica recipit ſpeciem intellectam ſecundum quod ſpiritualius poteſt recipere eam quandoque autem recipit eam corpoream & uidet homo in ſomno formam ipſam non ſimilem ei. Sed quare hæc comprehenſio approprietur ſomno eſt quia anima eſt una ſecundum ſubiectum plures ſecundum potentias ideo quando utitur una ſpecie potentiarum intrinſecarum debilitatur ab exercitio alterius ſpeciei ac ſi diceres quando utitur potentia cogitatiua debilitatur ab exercitio potentiarum extrinſecarum ut ſi dixeris organorum ſenſus & non utitur potentijs intrinſecis niſi potentia phantaſtica. u. g. quia quando exercet comprehenſionem quæ èſt ab extra debilitatur comprehenſione quæ eſt ab intra & quando utitur potentijs motiuis debilitantur potentiæ comprehenſiuæ & ſic quando utitur potentijs interioribus debilitantur aliæ. u.g. quia debilitatur potentia phantaſtica, quando fortificatur cogitatiua & e contra & aliquando ſubtrahitur anima per ocium alicuius iſtorum generum aut alicuius ſpeciei & ſic quando ſecundum aliam ſpeciem fortificatur & aliquando non ſubſtrahitur in hoc actu per ocium quarundam potentiarum ſed ociatur cum hoc organum quo operabatur potentia ocioſa & deuiat illud ad eſſendum organum illius potentiæ quam intendit exercere ſecundum quod præceſſit ſermo de cauſa ſomni propter inclinationem caloris elementalis ab organis animæ extrinſecis intra corpus ad digerendum nutrimentum & ſic putatur quod res ſit in hoc

eſt quod anima faciat declinare reliquas potentias intrinſecas & coniungantur ad faciẽdum inueniri phantaſiæ formam rei quæ non comprehẽditur ſenſu, quando autem totũ hoc fuerit ſicut meminimus quod actus potentiæ phantaſticæ ſit perfectior & magis ſpiritualis quoniam in ſomno anima facit ociari ſenſus exteriores & ſua organa & redit ad ſenſus intrinſecos. ſignum autem quod potentiæ intrinſecæ habent perfectiores operationes in quiete potentiarum exteriorum eſt quia qui ualde cogitant & eorum potentiæ ſenſitiuæ ingrediuntur intra corpus & accidit eis ſomnus uehemens immo ipſi ſerioſe faciunt quieſcere, ſenſus exteriores ut melius cogitent & propterea qui nati ſunt ſine uiſu & ſine auditu habent perfectiores potentias intrinſecas. Et *ideo prophetia prouenit cum diſpoſitione ſimili epilepſiæ quoniam quando potentiæ iſte intrinſecæ mouentur motu uehementi dum recolliguntur potentiæ extrinſecæ ut poſsit aliquando accidere ſincopis.* Sicque *declaratum eſt ex hoc quare hæc comprehenſio fiat in ſomno & non in uigilia.* Non *eſt autem remotum quod inueniatur homo qui comprehendat ex hoc in uigilia quod comprehenderet dormiens.* Immo *aliquando uideret formam rei prouenientem non eius phantaſma & eius exemplar ſicut dicitur de athoniis.* Quare *autem ſint in ſomnia uera hoc eſt propter finem hominis perfectum & hoc quia ex quo homo eſt breuis notitiæ & comprehendens & intelligens cogitatiuam quæ eſt in eo comprehendit innouationem rerum utilium & noxiarum in futurum ut præparet ſe ad rem utilem & appropinquet*

quet

quet ei & gaudeat etiam in aduentu boni & fiat ſolers ad eius aduentum & ſolers etiam fiat ad euadendum a re noxia adeo quod multotiens propter breuitatem huius potentiæ non præ cognoſcit quid ſit innouandum ſiue bonum ſiue malum ſit quia adiuuatur hæc potentia per hanc nobilem ſignificationem & comprehenſionem ſpiritualem quæ prouenit per inſomnium, ideo dicitur de eo quod ſit tanta pars propbetiæ & hoc eſt notum per inſomnia quæ uidit rex Pharaon de quibus interrogauit ipſum Ioſeph. Conuenit autẽ interpreti quod ſit homo habens animam naturaliter paratam ad diſtinguendum phantaſmata rerũ & inſomniorum & eſt ille cui intelligibilia largiuntur ſpecies corporeas quibus per in ſomnia fuerint ſimiles ſpecies ſpirituales & neceſſario conuenit ei ſcire extra communia omnibus gentibus & extra propria ſingulis gentibus & ſingulis ſpeciebus hominum quoniam uariantur gradus gentium ſecundum magis & minus in ſuis exemplaribus ſecundum duos modos quorum unus eſt ſecundum naturam hoc eſt ſecundum potentiam ſuarum animarum & ſecundum entia appropriata eis in ſuis regionibus, ſecundum autem eſt ſecundum exemplaria & opiniones quas determinauerint per ſuam credulitatem & conſueuerit credere ex tempore ſuæ natiuitatis & hoc de primo principio & de angelis ad eſſentiam humanæ beatitudinis quia iam imprimuntur iſte res in ſomno per id quod aſſimilatur eis aliqua ſimilitudine ſed non intelligeret qui neſciret ſuas opiniones de hijs rebus quia neſciret cuius rei eſſet exemplum hoc exemplum, quia qui credit quod

Deus & angeli efficiant res ſine medio apparet eis in ſuis in ſomnijs quod Deus excelſus aut talis angelus faciat ſic & imprimeret ei Deus excelſus aut angelus per id quod aßimilatur ei ſecundum quod credit ipſe de eis & ſic imprimitur ei bonum quod ſit ad humanam felicitatem ſecundum quod credit de ea & uniuerſaliter hic ſunt plures ïpreßiones quæ approprian tur cuique gentium ſecundum opiniones quibus appropriantur & conuenit ſicut dicit Ariſtotiles interpreti quod aſſuefaciat eius animam in cogitatione & ſpeculatione, & munditie & non declinet ad mores animæ beſtialis. Et aliquando accidit alicui homini ut unum in ſomnium per aliud interpretetur in ſomnium ſicut accidit de inſomnio herculis regis ſecundum quod refert Ariſtotiles. Qui inſomniauerat in ſomnium quod nemo ſciuerat interpretari, quando autem iterum dormi ret interpretatum fuit & remanſit ſolers in eo quo uſq; acciderent res illæ. Et aliquando accidit alicui homini quod uideat in ſomnium aliquod & poſtea obliuiſcatur eius deinde in uigilia reminiſcatur eius, quando autem reminiſcitur ſentit eo modo quo ſentiebat in præterito quomodo autem ſiat hoc iam dictum eſt. Veritas uero in ſomniorum eſt uaria propter uarietatem hominum ſecundum hanc potentiam phantaſticam hij enim ſunt qui habent complexiones melancolicas frigidas & ſiccas quoniam humiditas obſtruit potentias & claudit aditus ſpirituum & facit ſomnũ quaſi mortem quam ob rem talis dormit, humor autem melancolicus conuenit ſomno & operationi huius potentiæ quia eſt multi uaporis qui aſcendit ad cerebrũ & ideo

conuenit ſomno & huic potentiæ conuenientia quidē huic potentiæ eſt ex parte qua eſt hæc potentia hoc eſt phantaſiā quando fuerit uehementis motus & continuo terminis in ſomno & uigilia & trāſfertur a phantaſmate in phantaſma & pauca firmitas & ſtabilitas ſuper phantaſmate rei quam immaginatur, bonitas autem eius operationis eſt propter bonitatem & firmitatem imaginationis & ſtabilitatem ſuper ueritate rei quam imaginatur illa autem complexio cui conuenit hic actus eſt frigida et ſicca & hoc quia frigus ſequitur tarditas motus, ſiccitatem autem ſequitur firmitas formæ & ideo inuenitur omnium huius potentiæ habentibus coleram nigram adeo quod ipſi uigilantes comprehendunt quod alij comprehendunt dormiētes, nunquid autem hæc potentia ſeu comprehenſio fiat tribus temporibus in hoc eſt locus ſpeculationis quoniam quod cōuenit pronoſticari eſt tempore futuro ſed nō eſt remotum quin hoc accidit de præterito & præſenti quando fuerit nobis ignotum. Eſt autem *perſcrutādum de quo genere entium accidat fieri hæc pronoſticatio.* Quoniam *genera rerum ſcitarum aut ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ aut artis praticæ aut potentiæ cogitatiuæ, particularis notum autem eſt quod hæc comprehenſio ut plurimum non ſit niſi de rebus futuris quarum comprehenſio eſt potētiæ cogitatiuæ particularis quæ exercetur ad comprehendendum utile & noxium de rebus futuris, de artibus uero praticis iam opinatur quod poßint acquiri per inſomnium ſicut refert* Galenus *de pluribus rebus quarum notitia peruenit ei per inſomnium hoc aūt aliquo modo procedit proceſſu comprehenſio=*

num particulariũ quæ fuerint de rebus particularibus futuris quia notificatio prouenit in tali re de re particulari qua iuuaret rem illam deinde intellectus faceret propoſitionem uniuerſalem ex hoc, notificatio autem omnino fuit de re particulari ſicut patiens quendam morbum inſomniaret quod talis herba iuuaret eũ hæc itaque notificatio eſſet particularis deinde poßibile eſt artifici medicinæ quod faciat ex hoc propoſitionẽ uniuerſalem in ſciẽtijs uero ſpeculatiuis hoc remotum eſt quod fiat hoc quia ſi eſſet ĩ eis hoc; ſpeculatio eſſet ocioſa & fruſtra & hoc quia naturæ hominis eſt quod comprehendat ſcientias ſpeculatiuas ſecũdum id quod creatus eſt per præmiſſas primas ſi autem comprehenderet eas per inſomniũ ſine notitia effectiua hoc eſt ſine præmißis, primũ primæ præmiſſæ eſſent in ea ocioſæ & uniuerſaliter prouentio intellectiua ſcientiarũ ſpeculatiuarum ſecundum hanc ſpeciem eſt per accidens & in paucioribus & impoßibile eſt ideo quod perficiatur per eam ars ſpeculatiua uerum tamen ſi quiſpiã diceret iam poßibile eſt quod proueniant exemplaria rerum ſpeculatiuarum alicui ſpeciei hominum ſecundum hanc ſpeciem comprehenſionis & confiteretur quod hæc comprehenſio dicatur ſecundum æquiuocationem nominis cum comprehenſione quæ fit per diſciplinam mediantibus primo notis id itaq; eſt impoßibile quia eius prouentio hoc modo eſt ſuperflua quia iam prouenit homini perfectiori modo; natura autem non facit aliquam rem ocioſe & ideo conuenit quod hæc comprehenſio non ſit niſi de eo cuius comprehenſio non perficitur in uigilia niſi diceret quiſpiam quod

hæc ſpecies comprehenſionis ſit eius cuius eſt impoßibi le ſit diſciplina ſcientiarum ſpecularum, naturaliter aut alio modo ab iſto & tunc non eſſet ei hæc potentia ocioſe niſi quia manifeſtum eſt quod ſi ſunt hij homi= nes ſunt homines ſecundum æquiuocationem nominis immo magis eſſent angeli quam homines quia non ue= rificaretur de eis diffinitio hominis quæ eſt ipſum eſſe comprehendens cogitatione & ſpeculatione intelli= gibilium, hoc autem apparet eſſe impoßibile ex hoc quod dicam quoniam ſcientia ſpeculatiua in ſe eſt una & non uaria ſiue fuerit ſcita per diſciplinam ſiue diſci plina, ſi autem ſciretur utroque modo tūc diſciplina nō acciperetur in eius definitione neceſſario ſicq; non eua deremus ab altero duorū aut quod dicamus quod hæc comprehenſio dicatur ſecundum æquiuocationem no= minis cum comprehenſione humana aut quod confitea mur quod res eadem ſit ex diuerſis cauſis & ſic habi= tudo rei ad cauſas eius quibus conſtituitur non eſſet ne ceſſaria totum autem hoc eſt impoßibile. De *inſomnijs itaque ueris & quare ſint & quomodo ſint iam dictum eſt, dicendum eſt autem de cauſis inſomniorum falſorū uniuerſaliter autem hæc inſomnia fiunt ex duabus cau ſis quarum una eſt operatio potentiæ phantaſticæ in ſomno & impreßionibus quæ remanſerint in ſenſu communi ex ipſis ſenſibilibus exterioribus & ex ope= rationibus huius potentiæ in ſpecies repoſitas in poten tia memoratiua & cogitatiua ex illis rebus ſenſatis quoniam ſemper motus huius potentiæ hoc eſt phan= taſticæ eſt in repoſitorium huius potentiæ hoc eſt co= gitatiuæ & memoratiuæ & repoſitorio ſenſus com=*

munis, ſecunda uero cauſa eſt naturalis appetitus animæ quoniam anima beſtialis quando appetit aliquam rem eſſe aut appetit eam non eſſe parata eſt facere exemplar formæ rei deſiderata ea diſpoſitione qua appetit eam & repreſentare eius ſpeciem & ideo qui capitur amore mulierum uidet ſe cohire cum eis & habens ſitim apparet ei quod bibat aquam & huius generis ſunt inſomnia quæ ſignificant ſecũdum medicos exceſſum humorum in corpore. u. g. quia uidere ignem ſignificat exceſſum coleræ & uidere aquam ſignificat exceſſum phlegmatis differentia autem inter has imaginationes falſas & inter ueras quæ fuit per inſomniũ eſt quia anima conturbatur ex ueris inſomnijs & expergiſitur quaſi timida admirans eam ſpiritualitatem ſubtilem quam uiderat ſicq; iam loquuti ſumus de inſomnijs ueris & falſis & de quidditate eorum & cauſis ſuis & accidentium eorum &c.

Explicit ſermo de Somno & Vigilia dei fauore.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L

A B C D E F G H

Omnes ſunt duerni.

Venetijs per Nicolaum de Baſcarinis.

M D L I I.

Società Cooperativa Industriale
★ FRAI ★
Legatori Operai di Libri
ROMA
Via della Pigna, 13

BIBLIOTECA